

## **III.4 EDICIÓN DEL TEXTO**

## Introducción al aparato crítico

Nos ha parecido oportuno, una vez desgranado el uso de manuscritos y ediciones por parte de Arévalo, transformar en la medida de lo posible la información arevaliana en formato moderno de edición crítica. Mostramos las fuentes teniendo en cuenta y unificando los modos con que editores modernos de esta misma obra, como son C. Marold (Ma.) y J. Huemer (Hu.), han determinado en nombrar las fuentes manuscritas. Así ofrecemos precediendo a la edición crítica del texto una tabla de concordancias de modo que asignamos una única nomenclatura para designar las distintas fuentes:

Manuscritos tal como aludiremos a ellos a lo largo del aparato crítico. Arévalo alude a ellos con las abreviaturas indicadas entre paréntesis:

V <sub>1</sub>	Codex Reginae Sueciae codex vaticanus 333 (Reg. 333)	S. IX-X
V <sub>2</sub>	Ottobonianus codex vaticanus 35 (Ott./ Otto./ Ottob.)	S. IX-X
V <sub>3</sub>	Codex Reginae Sueciae numer. 1785 <sup>1</sup>	
Rom.	Romani collegii codex (Rom.)	S. XV
Cod. Barth <sup>2</sup> .		

Manuscritos de los que Arévalo muestra en el apartado 51 tener un conocimiento indirecto, dado que dice obtener dicha información a partir de la edición de Reusch y los comentarios en la misma de Omeis o la obra de Gruner<sup>3</sup>.

---

<sup>1</sup> 47. In bibliotheca Vaticana tres tantum reperi codices Iuveni, vel potius duos: nam primus solum continet post Horatii opera Orationem Dominicam hoc titulo: *Pater noster Iuveni*. Incipit: *Sic secreta domus, etc.*, usque ad *Cedere nec durum erratis impendere pectus*, ut observare potes lib. I a v. 620. Codex hic est chartaceus non optimae notae inter codices **reginae Sueciae numer. 1785**. Montfauconius recenset pag. 45, num. 1393 reginae Sueciae: *Iuveni presbyteri libros IV in Evangelia carmine. Sedulii libros IV veteris et novi Testamenti*. Ibidem num. 1396 Reg. Suec.: *Iuveni presbyteri carmina in quatuor Evangelia*. Ibid. pag. 50, num 1597 Reg. Suec.: *Excerpta conciliorum, etc., carmina nonnulla Augustini, Platonis, Aviti, Iuveni, et Fortunati. Chronica brevis Isidori Hispalensis*. Ibid. in bibliotheca Vaticana Alexandri Petavii pag. 67: *Iuveni presbyteri in quatuor Evangelia versibus* 903, 1095, 95. Ibid. in bibliotheca Vaticana Ottoboniana pag. 190: *Sedulius, Iuventus, codex vetus*. Ex his solum nunc apparent codex quem dixi, et duo alii, quos proxime describam.

<sup>2</sup> 70. Fabricius in Comm. Poetar. Christ. verbo *Debilis* duos codices mss. laudat Gandavensem et Mersburgicum. Codex quo usus est Barthius, et quo meliorem exstare vix putat Advers. libr. LIX, cap. 5, *Cygnae* latitabat, dum Reuschius scribebat. Alius Coloniensis laudatur a Barthio Advers. libr. XIII, cap. 19: *Membranae Colonienses, ait, quas laudamus, scriptae sunt sub Ludovico Pio, Magni Caroli filio, quibus si quis antiquiores habet aliter scriptas, cedemus veritate*. Confer eiusdem Barthii verba a nobis relata in not. ad v. 9 l. I, et ad V. 2 l. n. Divionensem codicem in Monasterio S. Benigni vidit Iuretus ad Paulinum Petrocorium de Vita S. Martini l. III, v. 62, p. 243, 255. Fuldensem Joachimus Zehnerus diligentissime contulit, ut Reuschius testatur. Idem Reuschius codicem Florentinum Antonii Magliabecchi non adeo antiquum vocat. Pithoeano codice usus est Iuretus ad Paulinum Petroc. pag. 255.

<sup>3</sup> 51. Reuschius cum codices mss. Iuveni, de quibus ille quidem scire potuerat, recensisset: *Ceterum, ait, dubium nullum est, quin plures hinc inde exstent membranae: nullus siquidem hic ex Vindobonensi, Romana,*

H.	Helmstadiensis codex 553 (Helmst.)	S. XI
Fuld.	Fuldensis codex (Fuld.)	
Cant.	Cantabrigienses codices apud Reuschium (Cant.)	
Vn.	Angliae Vn.	

Ediciones<sup>4</sup> siguiendo un orden cronológico, tal como hemos procurado mostrar a lo largo de todo el aparato crítico.

Faust.	FAUST. <sup>5</sup>	1500
Ald.	ALD. <sup>6</sup>	1501
Dav.	DAVENTR. <sup>7</sup>	1503
Bas.	BAS. <sup>8</sup>	1537
Had.	HAD. <sup>9</sup>	1537
Poelm.	POELM. <sup>10</sup>	1538
Westh.	WESTHEM. <sup>11</sup>	1541
Lugd.	LUGDUNI <sup>12</sup>	1551
Fabr.	FABR. <sup>13</sup>	1564

---

*Gallica, aliisque bibliothecis celeberrimis codex est notatus: ex iis itaque, qui plurium copiam nancisci poterit, meliorem parare editionem studeat.* Ipse vero Reuschius Trenchiniensi papyraceo codice monachalibus litteris usus fuerat, descripto ex alio exemplari, quod possederat Joannes Hadikius. Eum codicem cum Reuschio communicaverat Dan. Guil. Mollerus: sed tyrannidem glossatoris passus erat, qui plures lectiones variantes ex suo ingenio intruserat, v. g., ubi Iuvenicus voce antiqua *plebes* usus est, ibi semper *turba*, vel vocem similem substituit. Bene autem habet, quod Reuschius ei codici soli numquam credidit. Neque tamen *plebes* in nominandi casu singularis numeri pro *plebs* vox antiqua dici debet, ut dicam ad V. 694 lib. IV. Poelmannus in sua editione, quam referam num. 70, usus videtur codice ms. qui fuit bibliothecae Gandavensis. Cum codice Rottendorphii collata est editio Basileensis anni 1545, de qua numer. 74. Saubertus plurimas varias lectiones ex optima membrana **Helmstadiensis** collegerat, quibus usus est Omeisius n. 51 et 60 laudandus. Codicis **Fuldensis** nonnullae lectiones a Zehnero exscriptae usui fuerunt eidem Omeisio, ad quem etiam pervenit collatio **duorum codicum Cantabrigiensium**, ut loc. cit. referam. Joan. Fr. Grunerus in Act. Soc. Lat. Ien. vol. III, opusc. 2, l. I Observat. Critic. cap. 6, nonnulla loca Iuvenici ex codicibus **mss. Cant., et Vn.**, quos in Anglia Benzelius evoluit, diligenter illustrat: allegat etiam codicem D., qui, nescio, an diversus sit a duobus mss. Anglicis Vn., et Cant. Laudat quidem Grunerus industriam Reuschii: sed addit: *Reuschium egregia sua eius poetae (Iuvenici) editione non omnia librorum vitia sustulisse facile credent, qui, quantus labor sit veteres auctores ad codices mss. recensere accuratius sciunt.*

<sup>4</sup> Recogidas por Arévalo en el capítulo III de sus Prolegómenos.

<sup>5</sup> *Fausti editio.* Tertia editio anno 1500. circiter.

<sup>6</sup> *Aldi editio.* Editio quarta 1501

<sup>7</sup> *Daventriensis, ut puto, editio.* Editio quinta anno circiter 1503.

<sup>8</sup> *Basileensis editio anni 1537.* Editio duodecima 1537.

<sup>9</sup> *Hadamari editio.* Editio decima tertia anno 1537.

<sup>10</sup> *Poelmanni editio.* Editio decimo quarta anno 1538

<sup>11</sup> *Westhemeri editio.* Editio vigesima quinta anno 1541.

<sup>12</sup> Num. 75: Editio decima nona anno 1551. (...) Barthius libr. XLIX Advers., cap. 5, laudat editionem Lugdunensem anni 1551, quae auctores tres Aratorem, Sedulium, Iuvenicum prorsus renovatos ad lectionem mss. prae se fert. (...) Haud scio sane an diversae sint hae editiones, an Barthius pro Basileensi scripserit Lugdunensem.

<sup>13</sup> *Fabricius (Georgius) in Corpore poetarum Christianorum.* Editio vigesima prima anno 1564.

Torn.	TORN. <sup>14</sup>	1566
Barth.	BARTH <sup>15</sup>	1624
Reusch	REUSCH	1710
Gal.	GALLAND. <sup>16</sup>	1765

A las ediciones que nuestro humanista aludió, añadimos nosotros las que siguen, completando el aparato crítico con las lecturas ofrecidas por Marold y Huemer.

Arev.	AREVALO <sup>17</sup>	1792
Ma.	MAROLD	1886
Hu.	HUEMER	1891 [=1968]

Además de los manuscritos y ediciones, añadimos un listado de autores que comparecerán asimismo en el aparato crítico de modo más esporádico, pero relevante para la edición del texto. Todos ellos son citados por Arévalo en su edición: Alcuinus, Badius Ascensius, Grunerus, Koenig, Latinius, Lupus Ferrariensis, Omeisius (Omeis.), Sab. (Sab.), Schoettgenius (Schoettg.), Trombellius, Vonck.

Las abreviaturas que utilizamos en el aparato crítico son las siguientes:

addit: *add.*

ad marginem: <sup>m</sup>

ante correctionem: <sup>a corr.</sup>

correctum: <sup>corr.</sup>

deletum: *del.*

post correctionem: <sup>p. corr.</sup>

prima manus: <sup>1.m</sup>

omisit: *om.*

secunda manus: <sup>2.m</sup>

supra linea: <sup>s.l</sup>

varia lectio: <sup>v.l</sup>

---

<sup>14</sup> *Tornaesiana editio*. Editio vigesima anno 1553. Editio vigésima secunda anno 1566.

<sup>15</sup> *Barthii Adversaria*.

<sup>16</sup> *Gallandi editio*. Editio undetrigesima anno 1765.

<sup>17</sup> Arevali editio a. 1792. Con esta referencia haremos alusión en aquellos lugares en que Arévalo parece sugerir una conjetura, aunque son muchas las ocasiones en las que queda como una tímida sugerencia y no hace variar, a pesar de su opinión, el texto tal como lo recibió y como le pareció que pudo haber sido el original juvenciano.

En este aparato crítico ofrecemos en primer lugar la *lectio* arevaliana, contrastada seguidamente de otras por él mismo mencionadas y las fuentes (manuscritos y ediciones) que hasta su edición él pudo cotejar. A estas, recordamos, hemos añadido las lecturas que posteriormente ofrecerán Marold y Huemer para completar los datos arevalianos aportados a esos versos.

36 <sup>18</sup>	Rex fuit Herodes iudaea in gente cruentus	1
37	Sub quo servator iusti, templique sacerdos	
38	Zacharias, vicibus cui templum cura tueri,	
39	Digesto instabat lectorum ex ordine vatum.	
40	Huius inhaerebat thalamis dignissima coniux.	5
41	Cura his ambobus parilis moderaminis aequi,	
42	Ambos annexos legis praecepta tenebant.	
43	Nec fuit his soboles, iam tum vergentibus annis,	
44	Gratius ut donum iam desperantibus esset.	
45	Sed quum sorte adytis, arisque inferret odores	10
46	Zacharias, visus caelo descendere aperto	
47	Nuncius, et soli iussas perferre loquelas,	
48	(Cetera nam foribus plebes astrata rogabat:)	
49	Quem tibi terribilis concussit corde pavorem	
50	Visus, eum laeti sermonis gratia placet.	15
51	Nam me propitius rerum pater unicus alto	
52	A caeli solio tibi nunc in verba venire	
53	Praecipit, et chara tibi mox e coniuge natum	
54	Promittit, grandis rerum cui gloria restat,	
55	Plurima qui populis nascendo gaudia quaeret,	20

<sup>18</sup> La numeración de la izquierda responde a la que Arévalo ofrece en su edición. Asimismo indicamos a la derecha la equivalente numeración tomada de Huemer (1968), para facilitar la localización de cada verso en la edición más reciente de la *Historia evangélica* de Juvenco.

**39** instabat Ma. Hu.: stabat Rom. · **40** huius Ma. Hu.: cuius Poelm<sup>v.1</sup> · **41** his V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Ma. Hu.: iis *alii*. · **43** his V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Ma. Hu.: iis *alii*. · tum V<sub>1</sub> Ma. Hu.: tunc Sab. *alii*: tot V<sub>2</sub> Rom. Ald. · vergentibus Sab.<sup>v.1</sup> Ma. Hu.: urgentibus Sab. · **45** sorte: forte cod. Barth. Ald. Torn. Ma. Hu. · **46** visus V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Fabr. Ald. Torn. Ma. Hu.: iussus Poelm. · **47** iussas Ma. Hu.: iussus V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Faust. · **48** tunc/ tum *ante* plebes *om.* V<sub>2</sub> Rom. Ald. Poelm. Torn. Fabr. latinius: tunc V<sub>1</sub> Ma. Hu.: tum cod. Barth. · plebes V<sub>2</sub> Rom. Ald. Poelm. Torn. Fabr. Latinius: plebs V<sub>1</sub> cod. Barth. Ma. Hu. · astrata Ald. Poelm. Torn. Fabr.: prostrata cod. Barth.: adstrata V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: abstracta Latinius. · **49** quem Ma. Hu.: qui cod. Barth. · corde V<sub>1</sub>V<sub>2</sub>. Torn. Ma. Hu.: corda cod. Barth. Faust. Poelm. Fabr. Reusch. · pavorem Poelm. Ma. Hu.: pavore cod. Barth. Faust. Ald. Bas. Fabr. Reusch · **50** eum V<sub>1</sub> Bas. Ma.: tum Faust.: quum Poelm. Fabr. Reusch Hu. · placet V<sub>2</sub> Poelm. Fabr. Ma.: placat V<sub>1</sub> Rom. Faust. Ald. Hu. · **51** nam V<sub>1</sub> *plerique* Ma. Hu.: iam Torn. · propitius *plerique*: demissum V<sub>1</sub> Torn. Ma.: dimissum Hu. · **53** e V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Torn. Ma. Hu.: de Fabr. Poelm.

56	Sobrius aeternum; clausum quem Spiritus ipsis	
57	Visceribus matris complebit numine claro.	
58	Istius hic populi partem pleramque docendo	
59	Ad verum convertet iter, dominumque deumque.	
60	Continuo primus noscet, plebemque vocabit:	25
61	Nomine Ioannem hunc tu vocitare memento.	
62	Olli confusa respondit mente sacerdos:	
63	Aemula promissis obsistit talibus aetas,	
64	Nec senibus soboles poterit contingere fessis,	
65	Quam deus avertens primaevo in flore negavit.	30
66	Haec trepidans vates; cui talia nuncius addit:	
67	Si tibi mortalis sobolem promitteret ullus,	
68	Ad desperandum forsán cunctatio mentis	
69	Debuerat tardis haerens insistere verbis.	
70	Nunc ego, quem Dominus, caeli terraeque repertor,	35
71	Ante suos vultus voluit parere ministrum,	
72	Auribus ingratis hominis, visuque receptus,	
73	Supremi mandata dei temnenda peregi.	
74	Quare promissis manet irrevocabile donum;	
75	Sed tibi claudetur trepidae vox nuncia mentis,	40

---

**56** aeternum *alii* Ma. Hu.: aeternus cod. Barth. · **57** numine Sab.<sup>v.1</sup> *mss edd.* Ma. Hu.: lumine Sab.. · **58** pleramque V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Fabr. Torn. Ma. Hu.: plebemque cod. Barth.: magnamque Faust. Dav.: plerumque Poelm. · docendo ... convertet V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Faust. Ald. Poelm. Fabr. Ma. Hu.: reverti (...) suadebit V<sub>1</sub> Torn. *veteres edd. apud Barthium.* · populi partem V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Torn. Ma. Hu.: partem populi Poelm. Fabr. · **60** vocabit *plerique*: novabit V<sub>1</sub> Fabr. Torn. Gall. Ma. Hu. · **61.** Ioannem V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Torn. Reusch : Iohannem Ma. Hu. · hunc V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Torn. Reusch Ma. Hu.: quem *plerique.* · **64** soboles V<sub>1</sub> Ald. Poelm.<sup>v.1</sup> Torn. Fabr. Reusch: foetus *alii* Ma. Hu. · **65** quam *alii* : quem *alii* Ma. Hu. · **66** addit *alii* Ma. Hu.: infert V<sub>2</sub> Rom. Ald. Fabr. Poelm.<sup>v.1</sup>: infert Rom.<sup>1.m.</sup> · **68** desperandum cod. Barth. Ma. Hu.: disperandum cod. Barth. · **70** repertor V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Ald. Poelm.<sup>v.1</sup> Torn. Ma. Hu.: creator *alii.* · **71** parere Sab.<sup>v.1</sup> *mss edd.* Ma. Hu.: patere Sab.. · **72** hominis Ma. Hu.: homini cod. Barth. · **73** supremi Grunerus Ma.: summi Ald. Dav. Reusch Gall. Grunerus. · mandata Rom. cod. Barth. Grunerus Ma. Hu.: iussa Ald. Dav. Gall. · *om.* non Ma. Hu.: non Ald. Dav. Gall. · temnenda Grunerus Ma. Hu. vel tempnenda V<sub>1</sub> V<sub>2</sub>: tenenda Rom.: tempnanda cod. Barth.: contemnenda Ald. Dav. Reusch Gall. *edd.* · **75** trepidae V<sub>1</sub> Vn. Cant Torn.: rapidae Reusch *plerique edd.* Ma. Hu.

76	Donec cuncta dei firmentur munera vobis.	
77	Haec ait, et sese teneris immiscuit auris.	
78	Interea populus miracula longa trahebat,	
79	Quid tantum in templo vellet cessare sacerdos.	
80	Egressus trepide, numen vidisse supernum	45
81	Nutibus edocuit, miserae et dispendia vocis.	
82	Inde domum remeat completo ex ordine vates	
83	Officio, amissamque levant promissa loquelam,	
84	Nec dilata diu venerunt munera prolis;	
85	Anxia sed ventris celabat gaudia coniux,	50
86	Donec quinque cavam complerent lumina lunam.	
87	Tunc maiora dehinc idem mandata minister	
88	Detulit, ad Mariae demissus Virginis aures.	
89	Haec desponsa suo per tempora certa propinquo,	
90	Abdita virgineis caste pubescere tectis,	55
91	Et servare diem iussis permissa parentum.	
92	Ad quam tranquillum sermonem nuncius infit;	
93	Salve, progenie terras iutura salubri,	
94	Desine conspectu mentem turbare verendo.	
95	Nam tua concipient caelesti viscera iussu	60

---

77 sese teneris immiscuit auris V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm. Fabr. Gall. Ma. Hu.: subito tenues se misit in auras Faust. Ald. Poelm<sup>v.1</sup> Torn. · 78 populus V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Ald. Dav. Poelm. Torn. Ma. Hu.: populum Fabr. · trahebat V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Poelm. Torn. Ma. Hu.: trahebant cod. Barth. Fabr. · 79 tantum V<sub>1</sub> Reusch Ma. Hu.: tamen Fabr. · in Ma.: *om.* in V<sub>1</sub> Hu. · 80 egressus: progressus V<sub>1</sub> Rom. Ma. Hu. · trepidae V<sub>1</sub>: trepide Rom. cod. Barth. Ma. Hu. · 81 miserae Rom. cod. Barth. *plerique edd.* Ma. Hu.: misere V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> *plerique edd.* · et Ma. Hu.: *om.* et V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> (aliquid eras.) Rom. · vocis V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: voci cod. Barth. · 82 remeat V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Faust. Ald. Poelm<sup>v.1</sup> Fabr. Torn. Ma. Hu.: rediit Poelm.: repedit Rom. · 87 tunc Ma. Hu.: nunc Poelm<sup>v.1</sup> · 88 demissus Ma.: dimissus Poelm<sup>v.1</sup> Hu. · 90 tectis Ma. Hu.: taedis Rom.: taedae Rom<sup>m.</sup> · 92 infit Ma. Hu.: infert Ald. Poelm<sup>v.1</sup> · 93 progenie V<sub>2</sub> Rom. Vn. Poelm. Fabr. Gall. Ma. Hu.: progeniem Faust. Ald. Dav. Poelm<sup>v.1</sup> Torn.: progenies V<sub>1</sub> Cant. · terras V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm. Fabr. Gall. Ma. Hu.: terris Vn. Cant. Faust. Ald. Dav. Poelm<sup>v.1</sup> Torn. · iutura V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm. Fabr. Gall. Ma. Hu.: paritura Faust. Ald. Dav. Poelm<sup>v.1</sup> Torn.: futura Vn. Cant. · salubri V<sub>2</sub> Rom. Vn. Poelm. Fabr. Gall. Ma. Hu.: salubrem Faust. Ald. Dav. Poelm<sup>v.1</sup> Torn.: salubris V<sub>1</sub> Cant. · 94 conspectu Ma. Hu.: conspecta Torn. · 95 nam Ma. Hu.: non Alcuinus.



96	Natum, quem regnare Deus per secula cuncta,	
97	Et propriam credi sobolem gaudetque, iubetque.	
98	Hunc ubi sub lucem dederis, sit nomine Iesus.	
99	Ad quem Virgo dehinc pavido sic inchoat ore:	
100	Nullos conceptus fieri sine coniuge dicunt.	65
101	Unde igitur sobolem mihimet sperabo venire?	
102	Nuncius haec contra celeri sermone fatetur:	
103	Virtus celsa dei circumvolitabit obumbrans,	
104	Spiritus et veniet purus, lectissima virgo,	
105	Ac tibi mox puerum casto sermone iubebit	70
106	Magnificum gigni populis, quem credere sanctum	
107	Supremique dei natum vocitare necesse est.	
108	Sic cognata tibi, sterilis quae credita cunctis,	
109	Zachariae coniux mortali germine nuper	
110	Aevo defessis auxit miracula membris.	75
111	Sextus adest mensis: parent sic omnia iussis.	
112	Virgo dehinc: Domino famulam nunc ecce iubenti,	
113	Ut tua verba sonant, cernis servire paratam.	
114	Nuncius abscedens vacuis se condidit auris.	
115	Illa dehinc rapidis Iudaeam passibus urbem,	80

---

**96** secula Ma. Hu: singula Alcuinus. · **97** et Ma. Hu.: ut Rom. · **98** hunc V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Cant. Ald. Grunerus Alcuinus Ma. Hu.: huic Vn. Faust. Poelm. Fabr. Torn. Gall. · lucem V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Cant. Faust. Ald. Poelm. Fabr. Torn. Gall. Grunerus Alcuinus Ma. Hu.: luce Vn. · nomine Ma. Hu.: nomen V<sub>1</sub> Vn. Cant. Faust. Ald. Poelm. Fabr. Torn. Gall. · **99** inchoat Poelm. Fabr. *alii* Ma. Hu.: incipit Rom. Faust. Ald. Torn. · **101** mihimet V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Gall. Ma. Hu.: mihi nunc Ald. Poelm. Torn. *alii*. · **102** fatetur V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> cum *aliis*: profatur Rom. Faust. Ald. Poelm.<sup>v.1</sup> Fabr. Torn. Ma. Hu. · **104** et veniet Ma. Hu.: adveniet cod. Barth.: ac veniet Rom. · **108** tibi Ma. Hu.: tua Arev. · **110** auxit: hauxit V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>1.m.</sup>: hausit V<sub>2</sub><sup>2.m.</sup> Ma. Hu. · **112** ecce V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> (nunc et ecce) Rom. Faust. Ald. Fabr. Ma. Hu: esse *nonnulli edd.*

116	Zachariaeque domum penetrat, gravidamque salutat,	
117	Elisabeth: clausae cui protinus anxia prolis	
118	Membra uteri gremio, motu maiore resultant:	
119	Et simul exsiluit mater concussa tremore	
120	Divinae vocis: completa afflamine sancto,	85
121	Et magnum clamans: Felix o femina, salve,	
122	Felicem gestans uteri sinuamine foetum.	
123	Unde meam tanto voluit Deus aequus honore	
124	Illustrare domum, quam mater numinis alti	
125	Viseret! Ecce meo gaudens in viscere proles	90
126	Exsultat, Mariae cum prima affamina sensit.	
127	Felix, quae credit finem mox affore verbis,	
128	Quae Deus ad famulos, magnum dignando, locutus.	
129	Illa trahens animum per gaudia mixta pudore,	
130	Suppressae vocis pavitantia dicta volutat:	95
131	Magnificas laudes animus, gratesque celebrat	
132	Immensi Domino mundi. Vix gaudia tanta	
133	Spiritus iste capit, quod me dignatus in altum	
134	Erigere ex humili celsam, cunctisque beatam	
135	Gentibus, et seclis voluit Deus aequus haberi.	100

---

**117** prolis V<sub>2</sub> Ma. Hu.: proles V<sub>2</sub><sup>2.m</sup>. · **119** exsiluit Ma. Hu.: exsiluit V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Faust. Ald. Torn.: exiliit *alii*. · **120** afflamine V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>: flamine V<sub>1</sub> Rom. cod. Barth. Vn. *plerique* Ma. Hu.: affamine V<sub>2</sub>: famine Cant.: affamina Gall. · **122** sinuamine Ma. Hu.: sinu animae Rom. · **127** quae Poelm<sup>v1</sup> Fabr. Grunerus *plerique*: qui Vn. Ma. Hu. · credit Vn. *plerique* Ma. Hu.: credis Grunerus: confisa Poelm<sup>v1</sup> Fabr. · finem *plerique* Ma. Hu.: fidem Fabr. · verbis cod. Barth. *plerique* Ma. Hu.: verbo Fabr. · **128** quae Reusch Ma. Hu.: quod Barth. Faust. Fabr. · famulos Ma. Hu.: famulam Reusch. · locutus Fabr. Reusch: loquetur Faust. Ma. Hu. · **129** animum V<sub>1</sub><sup>2m</sup> V<sub>2</sub> Faust. Ald. Dav. Had. Poelm<sup>v1</sup> Fabr. Ma. Hu.: animo V<sub>1</sub><sup>1.m</sup> Rom. cod. Barth. Torn. · mixta V<sub>1</sub><sup>1.m</sup> V<sub>1</sub><sup>2m</sup> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Had. Poelm. Torn. Ma. Hu.: multa Fabr. · pudore V<sub>1</sub><sup>2m</sup> V<sub>2</sub> Rom. Faust. Ald. Dav. Poelm<sup>v1</sup> Fabr. Ma. Hu.: pudorem V<sub>1</sub><sup>1.m</sup> V<sub>2</sub> cod. Barth. Faust. Ald. Had. Dav. Poelm. Poelm<sup>v1</sup> Fabr. Torn. · **130** suppressae V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> cod. Barth. Ma. Hu.: supresse Rom. Torn.: suppresso Faust. Ald. Dav. Had. Poelm<sup>v1</sup> Fabr.: suppressae vocis Ma. Hu.: suppressa voce Arev. · **131** animus *plerique* Ma. Hu.: animo V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Rom. Torn. · celebrat V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Faust. Ald. Poelm<sup>v1</sup> Ma.: rependit (glossa V<sub>1</sub>) Torn. *alii* Hu. · **132** immensi V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Torn. Ma. Hu.: immenso *alii*. · tanta Reusch *alii* Ma. Hu.: tota Faust. Poelm<sup>v1</sup> · **133** spiritus Reusch *alii* Ma. Hu.: ipsum te Faust. Poelm<sup>v1</sup>: iste Ma. Hu.: ipse Vn. · capit Reusch *alii* Ma. Hu.: caperant Faust.: caperent Poelm<sup>v1</sup>

136	Sustulit ecce thronum saevis, fregitque superbos,	
137	Largifluis humiles opibus ditavit egentes.	
138	Tunc illic mansit trinos ex ordine menses,	
139	Ad propriamque domum repedit iam certa futuri.	
140	Iamque aderat tempus, quo iussum fundere foetum	105
141	Elisabeth volvenda dies in luminis auras	
142	Cogeret. Ad partus famam collecta cucurrit.	
143	Turba propinquorum, tum gaudia mira frequentes	
144	Concelebrant, nomenque iubent genitoris habere.	
145	Abnuit hoc genitrix, Sed Ioannes vocitetur,	110
146	Ingeminat. Placuit muti tunc iussa parentis	
147	Consulere, scriptoque rogant edicere nomen.	
148	Sed, proh mira fides! tabulis cum scribere tentat,	
149	Implicitam solvit per verba sonantia linguam.	
150	Mox etiam assuetam penetrant spiracula mentem,	115
151	Completusque canit venturi conscia dicta:	
152	Concelebrent cuncti laudes, gratesque frequentent	
153	Astrorum, et terrae, pontique, hominumque parenti:	
154	Visere quod voluit, propriamque absolvere plebem.	
155	En beat antiquam gentem, cornuque salutis	120

---

**136** sustulit *alii* Hu.: abstulit Ald. Ma. · saevis Ma. Hu.: servis Poelm.<sup>vl</sup>: serus Rom. · **137** largifluis Ma. Hu.: immensis Poelm.<sup>vl</sup> · **138** trinos Ma. Hu.: ternos Faust. Fabr. · **139** repedit V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Faust. Ald. Poelm.<sup>vl</sup> Fabr. Torn. *alii* Ma. Hu.: remeat cod. Barth. *alii*. · **143** tum Ma. Hu.: per Poelm.<sup>vl</sup>. · frequentes Ma. Hu.: frequentans cod. Barth. · **146** ingeminat Ma. Hu.: ingemuit V<sub>2</sub><sup>corr.</sup>. · muti *plerique* Ma. Hu.: cunctis Rom. Had. Poelm. · **147** consulere V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Faust. Ald. Poelm.<sup>vl</sup> Fabr. Torn. Ma. Hu.: consulerent cod. Barth. · scriptoque V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Faust. Ald. Poelm.<sup>vl</sup> Fabr. Torn.: in scriptoque Had. Poelm.: in scripto Faust. Ald. Poelm.: et scriptoque Rom. · rogant V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Faust. Had. Ald. Poelm.<sup>vl</sup> Fabr. Torn. Ma. Hu.: rogitantque Faust. Ald. Poelm.<sup>vl</sup> · **148** quum Ma. Hu.: dum Barth. · **149** sonantia Ma. Hu.: sonentia Fabr. · **150** assuetam Rom. Torn. Ma. Hu.: assueta Had. Westh.<sup>vl</sup>. · penetrant Rom. cod. Barth. Ma. Hu.: penetrans Fabr. · spiracula Rom.<sup>l.m</sup> cod. Barth. Ma. Hu.: spiritalia Rom. · mentem Rom. Ma. Hu.: linguam cod. Barth. · **151** canit Ma. Hu.: dei cod. Barth. · venturi Barth.<sup>corr.</sup> Ma. Hu.: venturo cod. Barth.: ventura Torn. · dicta cod. Barth. Hu.: dictat Barth.<sup>corr.</sup> · **152** concelebrent Ma. Hu.: concelebrant V<sub>2</sub> · frequentent Ma. Hu.: frequentant V<sub>2</sub>. · **154** quod V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Torn. Ma. Hu.: qui *alii*.

156	Erecto, indulget Davidis origine lumen.	
157	Hoc est, quod prisci cecinere ex ordine vates:	
158	Haec est illa salus, quae nos ex hostibus atris	
159	Eripit, ut iuste iusto servire queamus.	
160	Et tu, parve puer, sanctus, dignusque propheta	125
161	Dicere, et Dominum mox praegrediare viando.	
162	Illius et populum duces per lumen apertum:	
163	Errorem per te spernent, mortisque tenebras	
164	Abrumpent omnes, tua qui praecepta sequentur.	
165	Exhinc secretis in vallibus abdita semper	130
166	Vita fuit puero, donec, poscentibus annis,	
167	Vatis ad officium pleno pubesceret aevo.	
168	Interea Mariae sponso miracula mentem	
169	Solicitant, manifesta uteri quod pondera vidit:	
170	Et secum volvit, quam ratione propinqua	135
171	Dedecus oppressum celet, thalamosque recuset.	
172	Talia tractanti torpescunt membra sopore,	
173	Auditque dei super horrida somnia vocem:	
174	Accipe coniugium nullo cum crimine pactae,	
175	Spiritus implevit sancto cui viscera foetu.	140

---

**160** et Rom. Ald. Poelm. Fabr. Ma.: at V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Torn. Hu. · **161** dicere V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Faust. Ald. Torn. *alii* Ma. Hu.: diceris Poelm. · praegrediare V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Poelm. Torn. *alii* Ma. Hu.: progrediare Faust. Ald. Poelm<sup>vl</sup> · **162** lumen *plerique* Ma. Hu.: limen Rom. Ald. Torn. · **165** exhinc *plerique* Ma. Hu.: exin Sab.<sup>vl</sup> · **168** sponso Ma. Hu.: sponsi Rom. cod. Barth. · **171** oppressum Ma. Hu.: oppressae cod. Barth.<sup>m</sup> · celet Ma. Hu.: cedit Rom. · **173** auditque dei super horrida somnia vocem Ma. Hu.: Mox stertente, dei vox est audita monentis Poelm<sup>vl</sup> Fabr. · **174** pactae *alii* Ma. Hu.: pactum Torn. · accipe coniugium nullo cum crimine pactae Ma. Hu.: tu sponsam capias, vacat omni pacto fraude Poelm<sup>vl</sup> · **175** sancto Barth.<sup>corr.</sup> Ma. Hu.: sanctus cod. Barth.

176	Hanc cecinit vates venturam ex virgine prolem,	
177	nobiscum Deus est nomen cui. Protinus ille	
178	Haec praecepta sequens, servat sponsalia pacta.	
179	Sed tum forte novi capitum discussio census	
180	Caesaris Augusti iussis per plurima terrae	145
181	Describebatur, Syriam cum iure regebat	
182	Cyrinus, proprios cui tota per oppida fines	
183	Edebant populi, vires, nomenque, genusque.	
184	Urbs est Iudaeae Bethlehem, Davida canorum	
185	Quae genuit, generis quae censum iure petebat.	150
186	Edidit hic Mariam Davidis origine Ioseph,	
187	Desponsamque sibi scribens, gravidamque professus.	
188	Hospitium amborum Bethlehem sub moenibus urbis	
189	Augusti fuerant praeparva habitacula ruris.	
190	Illic virgo novo completo in tempore foetu.	155
191	Solvitur, et puerum veteri cunabula textu	
192	Involvunt, duroque datur praesepe cubili.	
193	Circa sollicitae pecorum custodia noctis	
194	Pastores tenuit vigiles per pascua laeta.	
195	Ecce dei monitu visus descendere caelo	160

---

**177** cui nomen Rom. *edd. omnes* : nomen cui V<sub>1</sub> V<sub>1</sub><sup>2m</sup> Ma. Hu. · **179** tum V<sub>2</sub> cod. Barth. Had. Poelm. Ma. Hu. : cum Ald. Poelm<sup>vl</sup>. · forte V<sub>2</sub> cod. Barth. Had. Poelm<sup>vl</sup> Ma. Hu.: furte Torn. · novi V<sub>2</sub> cod. Barth. Had. Poelm. Ma. : novo V<sub>1</sub> Hu.: novus Faust. Poelm<sup>vl</sup> Fabr. · capitum V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> cod. Barth. Faust. Had. Poelm. Fabr. Ma. Hu.: capitur Rom. Ald<sup>m</sup>. · discussio V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> cod. Barth. Faust. Had. Poelm. Fabr. Ma. Hu.: discussia Torn. · census V<sub>2</sub> cod. Barth. Faust. Had. Poelm. Fabr.: censu V<sub>1</sub> Ma. Hu. · **180** Caesaris V<sub>1</sub> *plerique* Ma. Hu.: Caesareque Faust. Poelm<sup>vl</sup>. · Augusti V<sub>1</sub> *plerique* Ma. Hu.: Augusto Faust. Poelm<sup>vl</sup>. · ex V<sub>1</sub>: *om.* ex Faust. Poelm<sup>vl</sup> *plerique* Ma. Hu. · iussis V<sub>1</sub> *plerique* Ma. Hu.: iussus Faust. Poelm<sup>vl</sup>: iussu Fabr. Sab.. · terrae *plerique* Ma. Hu.: scribi Faust. Poelm<sup>vl</sup>. · **181** Syriam V<sub>2</sub> Cant. Reusch Ma. Hu.: Syriae V<sub>1</sub><sup>1m</sup> Rom. Ald. Had. Poelm. Fabr. Torn.: Syria V<sub>1</sub>: Syrie Faust. · quum : tum Rom.: tunc Cant. Reusch Ma. Hu.: quam Faust. Ald. Had. Poelm. Fabr. Torn.: cum V<sub>2</sub> · **182** proprios Ma. Hu.: proprii Ald. Poelm<sup>vl</sup> Torn.: proprio V<sub>1</sub> Cant. · **183** edebant V<sub>2</sub> cod. Barth. Ma. Hu.: addebant Ald. Had. Poelm. Fabr. Torn. *alii*. · nomenque, genusque Ma. Hu.: genusque, nomenque Rom. · **185** generis V<sub>1</sub> Rom. Ald. *alii* Hu.: Mariae V<sub>2</sub> · **188** hospitium Ma.: hospitio V<sub>1</sub> Rom. cod. Bart. Hu.: hospitium Ald. · **189** fuerant Ma.: fuerat Ald. · perparva Rom. *edd. plerique*: praeparva V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> cod. Barth. Ma. Hu. ruris Ma. Hu.: arvi V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> cod. Barth. · **193** circa *plerique* Ma. Hu.: cura Rom. Ald. sollicitae Ma. Hu.: sollicitos Arev. pecorum *alii* : pecudum Rom. Ald. Poelm<sup>vl</sup> Ma. Hu.: pecudes Torn. · **195** visus V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Ald. Poelm<sup>vl</sup> Lugd. Torn. Ma. Hu.: iussus *nonnulli edd.*

196	Nuncius, et subitus terror tremefacta pavore	
197	Prostravit viridi pastorum corpora terrae.	
198	Talis et attonitis caelo vox missa cucurrit:	
199	Ponite terrorem mentis: mea sumite dicta,	
200	Pastores, quibus haec ingentia gaudia porto.	165
201	Nam genitus puer est Davidis origine clara,	
202	Qui populis lucem mox, laetitiamque propaget.	
203	Hoc signum dicam, puerum quod cernere vobis	
204	Iam licet, implentem gracili praesepia voce.	
205	Talia dicenti iunguntur millia plebis	170
206	Caelestis, cunctique Deum laudantque, rogantque,	
207	Talis et uniti vox agminis aera complet:	
208	Gloria supremum comitetur debita patrem,	
209	In terris iustos homines pax digna sequatur.	
210	Et simul his dictis caeli secreta revisunt.	175
211	Pastores propere veniunt, puerumque iacentem	
212	Praesepis gremio cernunt: post inde sequentes	
213	Dispergunt late celeris vaga semina famae.	
214	Mirantes laudant, laetantes constupuerunt,	
215	Omnia nocturnis monitis quod vera recurrant.	180

---

**196** et V<sub>2</sub> Rom. Ald. Ma.: ac Poelm. Fabr.: at V<sub>1</sub> Hu. · subitus V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm. Ma. Hu.: subito Ald. Fabr. · **198** attonitis Ma. Hu.: attonitos Rom. · **201** nam Ma. Hu.: iam Rom. · genitus puer est Ma. Hu.: puer est genitus Rom. · **202** propaget Ma. Hu.: propagat Torn. · **204** voce Ma. Gall. Hu.: fotu Vonck. · **208** comitetur Ma.: comitatur V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Hu. · **209** sequatur V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ma.: sequetur Rom. Ald. Hu. · **210** his Rom. Ald. Torn. Ma. Hu.: iis *alii*. · dictis Ma. Hu.: doctis Torn. · **212** sequentes Poelm<sup>vl</sup>: frequentes Ma. Hu. · **213** celeris V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> cod. Barth. Torn. Ma. Hu.: celebris V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Rom. Omeis *plerique edd.* · **214** mirantes/ omnia Ma. Hu.: omnia/ mirantes V<sub>2</sub>.

216	Viderat octavam lucem puer: ecce recidi	
217	Ad morem legis, nomenque aptare necesse est:	
218	Impositumque illi est, monitis caelestibus olim	
219	Quod Mariae vox missa Deo praecepit, Iesus.	
220	Scripserat antiquae Moses moderamina legis,	185
221	Inter quae, primos prisco de sanguine vatium,	
222	Observare dedit, fetus offerre sacrandos,	
223	Implumesque simul ferre ad delubra columbas.	
224	Haec ubi per Mariam templo servata feruntur,	
225	Ecce senex Simeon, dignus comprehendere sensu	190
226	Caelestes voces, cui quondam praescia rerum	
227	Virtus prodiderat, quod carcere corporis aegri	
228	Deposito, mortem liber, requiemque videret,	
229	Cum primum caeli laudem, terraeque salutem,	
230	Omnia quem vatium spondent oracula, Christum	195
231	Vidisset templo solemnes ferre palumbes.	
232	Isque ubi, curvato defessus corpore, templum	
233	Iam gravior penetrat, monuit quod spiritus auctor,	
234	Ecce simul parvum gremio genitricis Iesum	
235	Ad templum sensit venisse, trementibus ulnis	200

---

**216** ecce *plerique* Ma. Hu.: atque cod. Barth. · **218** est Ma. Hu.: *om.* est Torn. · **219** a *ante* Deo *om.* Ma.: a V<sub>1</sub> · **221** inter quae Sab.<sup>vl</sup> *mss. edd.* Ma. Hu.: atque inter Sab. · **225** dignus Ma. Hu.: dignis V<sub>2</sub> · sensu V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2m</sup> Rom. cod. Barth. Ald. Poelm<sup>vl</sup> Torn. *alii* Ma. Hu.: sensum Had. Poelm. Fabr. · **226** caelestes V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2m</sup> Rom. cod. Barth. Ald. Torn. *alii* Ma. Hu.: caelestis Had. Poelm. Fabr.: caelesteis cod. Barth.<sup>p. corr.</sup> Poelm<sup>vl</sup> · voces V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2m</sup> Rom. cod. Barth. Ald. Poelm<sup>vl</sup> Torn. *alii* Ma. Hu.: vocis Had. Poelm. Fabr. · **231** palumbes V<sub>1</sub> Rom.: palumbos V<sub>2</sub> Ald. Torn. Poelm<sup>vl</sup> Fabr.: columbas Had. Poelm.: palumbas Ma. Hu. · **232** isque Trombellius<sup>vl</sup> *alii* Ma. Hu.: ipse Trombellius · curvato Trombellius Ma. Hu.: curato Torn. · **233** monuit Trombellius<sup>vl</sup> Ma. Hu.: movit.

236	Acceptit puerum, laetusque haec dicta profatur:	
237	Nunc, nunc me famulum Dominus nunc liberet arctis	
238	Corporis e vinclis, finemque imponere verbis	
239	Dignetur cum pace suis. En splendida nostros	
240	Lux oculos tua circumstat, radiisque refulget,	205
241	Quam cunctis hominum lustratis gentibus addet	
242	Israelitarum cumulatae gloria plebis.	
243	Quid tantum Mariae stupuerunt pectora matris?	
244	Hic puer ad populi casum datur: iste renasci	
245	Concedet populis: dicta in contraria signum	210
246	Istius adveniet; percurret debita letho,	
247	Atque animam matris ferro fulgente machaera;	
248	Quo pateant tecti tenebrosa volumina cordis.	
249	Haec ait in Simeone Deus: mox ecce prophetae	
250	Femineam sancto complet spiramine mentem.	215
251	Anna fuit natu gravior, quam in flore iuventae	
252	Destituit viduam mors immatura mariti.	
253	Casta sed in templo semper pro coniuge vita,	
254	Et cultus cessere dei; quae numine iussa	
255	Cognovit Christum, et simili sermone locuta est.	220

---

**237** nunc, nunc Vn. Ma. Hu.: nunc Torn. · me Torn. Hu.: iam Vn. · Dominus Ma. Hu.: deus Rom. · liberet : liberat Sab. Ma. Hu. · arctis V<sub>2</sub><sup>del</sup> Sab. Fabr. Torn.: atris V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2m</sup> Rom. Ald. Had. Poelm. Ma. Hu. · **238** vinclis Ma. Hu.: vinculis V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>corr.</sup> · **239** dignetur Sab., *mss. edd. alii*: dignatur Ma. Hu. · **240** radiisque V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Poelm<sup>vl</sup> Fabr. Torn. Ma. Hu.: radiusque Had. Poelm. · refulget V<sub>1</sub> Ald. Had. Poelm. Poelm<sup>vl</sup> Fabr. Torn.: renitet V<sub>2</sub>: renidet Rom. cod. Barth. Koenig Reusch. Ma. Hu. · **241** gentibus Ma. Hu.: mentibus Ald. · addet V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Rom. Ald. Poelm<sup>vl</sup> Fabr. Torn.: addit V<sub>1</sub> Had. *alii* Ma. Hu. · **243** Quid tantum Mariae stupuerunt pectora matris Ma. Hu.: *om.* Ald. · **244** populi Rom. cod. Barth. Torn. *alii* Ma. Hu.: populis Ald. Dav. populi casum *alii*: casum populi/s Rom. cod. Barth. Ald. Dav. Torn. Ma. Hu. · **249** mox V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Ma. Hu.: vox *edd. omnes* · **252** destituit Ma. Hu.: constituit Ald. Dav. Poelm<sup>vl</sup>. ·



256	Inde ubi solemnem pueri pro nomine legem	
257	Complevit genitrix, et Ioseph omnia mirans,	
258	Ad patriam laeti repedant, puerumque reportant.	
259	Gens est ulterior, surgenti conscia soli,	
260	Astrorum solers ortusque, obitusque notare.	225
261	Huius primores nomen tenuere Magorum.	
262	Hinc lecti proceres Solymos per longa viarum	
263	Deveniunt, regemque adeunt, orantque doceri,	
264	Quae regio imperio puerum Iudaea teneret	
265	Progenitum: sese stellae fulgentis ab ortu	230
266	Admonitos venisse viam, quo supplice dextra	
267	Exortum terris venerabile numen adorent.	
268	Territus Herodes Solymorum culmina vatum,	
269	Quique prophetarum veterum praedicta recensent	
270	Imperio accitos iubet omnia quaerere legis,	235
271	Queis pateat, quae sint genitalia moenia Christo;	
272	Omnia venturum spondent quem oracula vatum.	
273	Tunc manifestatur, Bethlehem quod moenibus illum	
274	Progigni maneat, cui sacram ducere plebem	
275	Israelitarum sancta virtute necesse est.	240

---

257 et Ma. Hu.: *om.* et Rom. · 258 patriam Ma.: primam Rom. · repedant *plerique* Ma. Hu.: redeunt Had. Poelm.: repetunt cod. Barth. · 259 Gens est ulterior, surgenti conscia (proxima Ald.) soli V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Poelm<sup>vi</sup> Torn. Ma. Hu.: Gens est eoi Phaebo orio proxima regni Fabr. Poelm. Had. · surgenti conscia soli: surgentis conscia solis Arev. · 261 huius Ma. Hu.: quorum Barth. · 262 Solymos V<sub>2</sub> Rom. Poelm<sup>vi</sup> Ma. Hu.: Solymas *alii*. · hinc lecti proceres: tunc hi delecti Solymos V<sub>1</sub> Ma. lecti: dilecti V<sub>1</sub><sup>1.m.</sup>: tunc hi delecti Hu. · 265 progenitum Rom. Dav. Poelm<sup>vi</sup> Fabr. Ma. Hu.: iam genitum Had. Poelm. · et *ante* sese *om.* V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Torn. Hu.: et Had. Poelm. Poelm<sup>vi</sup> Fabr. · 266 viam Trombellius Ma. Hu.: via V<sub>2</sub><sup>1.m.</sup>: diem Trombellius<sup>vi</sup>. · 268 Herodes Solymorum culmina vatum V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm<sup>vi</sup> Torn. Ma. Hu.: Herodes vatum, legumque peritos Ald. Had. Poelm. Fabr. · 269 praedicta V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. *alii* Ma. Hu.: praesagia Ald. *alii*. · recensent V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. *alii* Ma. Hu.: noscunt Ald. *alii*. · 270 omnia Ma. Hu.: omina Arev. · quaerere Ma. Hu.: acquirere Had. Poelm. Sab.<sup>vi</sup> · 271 queis (vel quis Ma. Hu.) V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Had. Poelm.: quo Ald. Torn.: qua Fabr. · 272 spondent quem Ma. Hu.: spondentque V<sub>2</sub>. · 273 Bethlehem: Bethleem V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Hu.: Bethlem *alii* Ma.: Bethleem Rom. · 275 sancta V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Torn.: sacra Had. Poelm. Fabr.: prompta V<sub>1</sub>: sacram Ma. Hu.

276	Tunc iubet Herodes, Persas pertendere gressum,	
277	Inventumque sibi puerum monstrare colendum.	
278	Ecce iteris medio stellam praecurrere cernunt.	
279	Sulcantem flammis auras, quae culmine summo	
280	Restitit, et pueri lustrata habitacula monstrat.	245
281	Gaudia magna Magi gaudent, sidusque salutant:	
282	Et postquam puerum videre sub ubere matris,	
283	Deiecti prono texerunt corpore terram.	
284	Summissique simul quaesunt: tum munera trina,	
285	Thus, aurum, myrrham regique, hominique, Deoque	250
286	Dona dabant. Totam mox horrida somnia noctem	
287	Solicitant, saevumque iubent vitare tyrannum.	
288	Denique diversis Herodis callibus aulam	
289	Diffugiunt, patriamque magi rediere latentes.	
290	Ipsam etiam puerum monitis caelestibus actus	255
291	Aegyptum cum matre simul transportat Ioseph.	
292	At ferus Herodes sibimet succedere credit,	
293	Quem callens astris quaesisset cura magorum.	
294	Quorum praecauto discessu sollicitatus,	
295	Horribilem iussit Bethlehem per compita caedem,	260

---

**276** tunc V<sub>1</sub> Ald. Poelm<sup>vl</sup>: hinc V<sub>2</sub> Rom. *alii* Ma. Hu. · **277** colendum *plerique* Ma. Hu.: videndum Poelm<sup>vl</sup>. · **278** iteris V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> *alii* Ma. Hu.: viae Poelm<sup>vl</sup> Ald. Westh.: iterum Rom. Westh<sup>vl</sup>. · praecurrere Ma. Hu.: percurrere Rom. Sab.. · **279** auras V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. *alii* Ma. Hu.: auram Had. Poelm. · in *ante* culmine *om.* V<sub>1</sub> V<sub>2</sub>: in *edd.* · **281** Magi V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Torn. *alii* Ma. Hu.: Magis Had. Poelm. · gaudent V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Torn. *alii* Ma. Hu.: redeunt Had. Poelm. · **282** et V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Torn. Ma. Hu.: at Rom. *alii*. · **284** simul V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Had. Dav. Poelm. Fabr. Torn. Hu.: simulque sunt V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>: simul quaesunt V<sub>2</sub><sup>com</sup>. · quaesunt: quaerunt Poelm<sup>vl</sup>. · tunc munera trina V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: mox mystica munera promunt Ald. Torn. Had. Dav. Poelm. Fabr. Hu. · **285** thus, aurum, myrrham (murrham Hu.) regique, hominique, deoque V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod Barth. Ald. Dav. Ma. Hu.: aurum, thus, myrrham regique, deoque, hominique Had. Poelm. Fabr. Torn. · **286** dona dabant V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Poelm<sup>vl</sup> Hu.: dona ferunt Ald. *plerique* Ma.: donabant Arev. · **287** saevumque Ma. Hu.: scevumque Rom. · **289** rediere Ald. Ma. Hu.: redire Rom. · latentes: latenter Ald. Ma. Hu.: laetantes Rom. · **293** quem Ma. Hu.: quae Rom<sup>m</sup>. · **295** horribilem iussit Bethlehem per compita caedem V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: Crudeli tinxit Bethlemica compita caede Ald. Had. Poelm. Fabr. Torn.

296	Infantes mandans, teneramque sub ubere plebem	
297	Avelli ferro nullo sub crimine culpae.	
298	Haec etiam caedes olim praescripta manebat,	
299	Quam bonus Hieremias, divino numine iussus,	
300	Complorat, misero sobolis pro funere matres	265
301	Horrendis graviter caelum pulsare querelis.	
302	Ast ubi sopitus furor est, et saeva tyranni	
303	Infantum horribili feritas satiata cruore	
304	Exstinxisse putat cunctos, quos primus, et alter	
305	Annus lethiferi miseros oppresserat aevi:	270
306	Mirandis rursus devinctus membra sopore	
307	Urgetur monitis Mariam, puerumque Ioseph	
308	Aegypto ad patriam vectare, ubi Nazara felix	
309	Olim praedictum puero dedit addere nomen.	
310	Dixit et alterius quondam praenuncia vatis	275
311	Vox instincta Deo: Veniet, veniet mea proles	
312	Aegypto ex alta terris lumenque, salusque.	
313	Crescebat rapidis annorum gressibus infans,	
314	Occurrens aevum sapientia praeveniebat,	
315	Gratiaque in vultu, et verbis veneranda micabat.	280

---

**296** mandans V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: cunctos Rom. Ma. Hu. · **297** avelli ferro nullo sub crimine culpae V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: innocuam in sinibus (sinibus Fabr.) rigido succumbere ferro · avelli: evelli Rom. Ald. Had. Poelm. Fabr. Torn.: avellit Ma. Hu. · teneramque Ma. Hu.: teneram V<sub>2</sub>: tenero Fabr. · **299** quam bonus Ieremias (Hieremias V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: Heremias V<sub>1</sub>) divino numine iussus V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: nam pius hanc vates divino numine doctus (iussus Torn.) *edd.* · **300** complorat Sab.<sup>vl</sup> *edd. mss.* Ma. Hu.: complerat Sab. · misero V<sub>1</sub> Rom. *alii* Ma. Hu.: miserae Ald. Poelm<sup>vl</sup>: miserae vel miseras V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Ald.: misera V<sub>2</sub><sup>2m</sup> · **301** Horrendis graviter caelum pulsare querelis *alii* Ma. Hu.: Horrenda graviter pulsabunt aethera voce Ald. Poelm<sup>vl</sup>. · **302** saeva Ma. Hu.: scaeva Rom. · **303** horribili *plerique* Ma. Hu.: roseo Ald. Poelm<sup>vl</sup>. · **304** primus *nostris codd. alii editi*: unus Reusch Ma. Hu. · **305** miseros V<sub>2</sub> Rom. Ald. Torn. Ma. Hu.: misere Had. Poelm. Fabr.: miserandus V<sub>1</sub> · oppresserat V<sub>2</sub> Rom. Ald. Ma. Hu.: suppresserat Had. Poelm. Fabr. Torn.: presserat V<sub>1</sub>. · **306** rursus V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. *alii* Ma. Hu.: rursum Had. Poelm. · devinctus Ma. Hu.: devictus Reusch<sup>vl</sup>. · **307** urgetur monitis Mariam, puerumque (–que: quaeV<sub>2</sub>) Ioseph V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: Ioseph urgetur monitis Mariam, puerumque *edd.*: Iosephus Arev. · **308** vectare Ma. Hu.: victare Poelm. · **309** praedictum V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Poelm<sup>vl</sup> Fabr. Torn. Ma. Hu.: praedicto Had. Poelm. · puero Ma. Hu.: puro Rom. · **311** vox Ma. Hu.: mox Rom. · instincta Rom. Ma. Hu.: instructa Ald. Poelm<sup>vl</sup>. · **314** occurrens *alii*: procurrens Rom.: praecurrens Ald. Fabr. Ma. Hu. · praeveniebat Ma. Hu.: proveniebat Ald. Rom. · **315** gratiaque Ma. Hu.: omniaque Poelm<sup>vl</sup> · micabat Ma. Hu.: micabant Poelm<sup>vl</sup>.

316	Et iam bisseos aevi comprehenderat annos,	
317	Cum paschae ritum servare ex more parentes	
318	Ad templum laeti puerum perducere festis	
319	Omnibus annorum vicibus de more solebant.	
320	Ergo aderant paschae pariter, cunctisque diebus	285
321	Festorum impletis patriam remeare parabant.	
322	Cum puer in populo comitis vestigia matris	
323	Deseruit, templique libens secreta petivit.	
324	Illum per vicos urbis, perque abdita tecta,	
325	Perque iteris stratas, per notos, perque propinquos	290
326	Quaerebat genitrix: sed lux ubi tertia venit,	
327	Ad templum propere remeat; vatunq; choreis	
328	Invenit insertum, legumq; obscura senili	
329	Tractantem coetu. Vix admiratio digna	
330	De pueri verbis senibus fuit. At pia mater,	295
331	Nate, ait, amissum lacrymis te quaero profusis	
332	Anxia cum genitore gemens: quae causa parentum	
333	Secernit gressu, templique in sede retentat?	
334	Ille autem: Quid me tantum, quid quaeritis? inquit.	
335	An nondum sentis, genitrix, quod iure paternis	300

---

316 et V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Torn. Ma. Hu.: at *alii*. · 317 servare: servando. Rom. Ald. Torn. Reusch Ma. Hu. · 318 laeti V<sub>2</sub> Ald.: laetis *alii* Ma. Hu. · 322 cum V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm<sup>vl</sup> Ma. Hu.: dum Ald. *alii*. · 324 urbis V<sub>2</sub> Rom. Ald. Torn. Ma. Hu.: urbes V<sub>1</sub>: urbisq; Had. Poelm. Fabr. · perque V<sub>2</sub> Rom. Ald. Had. Torn. Ma. Hu.: per Poelm. Fabr. · 325 iteris *plerique* Ma. Hu.: viae Ald.: itineris Westh<sup>m</sup>: vias Sab.. · 327 choreis Ma. Hu.: coronae Poelm<sup>vl</sup>. Fabr. Koenigius Schoettg. · 331 quaero Ma. Hu.: quaeso Westh<sup>vl</sup>. · 333 secernit V<sub>2</sub> Rom. *alii* Ma.: secrevit V<sub>1</sub> Torn.: secernit V<sub>1</sub><sup>1.m</sup>: discernit Hu.

336	Sedibus, et domibus natum inhabitare necesse est?	
337	Haec ait, et gressum sociat, patriamque revisit:	
338	Nec genitrix tanti persensit pondera verbi,	
339	Ordine cuncta tamen cordis secreta reservant.	
340	At puer obsequiis apte praedulcibus ambos	305
341	Ad proprium semper cogens nectebat amorem.	
342	Interea veteris scripti per debita currens	
343	Omnia seclorum series promissa trahebat.	
344	Zachariae soboles desertis vallibus omnes	
345	Ad deponendas maculas clamore vocabat,	310
346	Fluminis ut liquidi caperent miranda lavacra,	
347	Queis animae species abluta sorde niteret,	
348	Isaias vates cecinit quod numine iussus:	
349	Vox late resonat desertis vallibus; amplas	
350	Instruite stratas, omnis sit recta viarum	315
351	Semita, quae Domini digne vestigia gestet.	
352	Subsident colles, vallis complebitur omnis:	
353	Corriget anfractus iteris bona linea recti,	
354	Corporeisque oculis lumen tractare serenum	
355	Omnibus indulget genitor, dominusque salutis.	320

---

**336** sedibus, et domibus V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Had. Dav. Torn. *alii* Ma. Hu.: aedibus atque domo Fabr. · inhabitare necesse est V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Fabr. Ma. Hu.: est habitare necesse Ald. Had. Dav. Torn. *alii*. · **339** cordis Ma. Hu.: corde Vn. · secreta Ma. Hu.: secreto Vn. · reservant V<sub>1</sub><sup>vl</sup> Dav. Westh. Ma. Hu.: reservat V<sub>1</sub> Vn. Westh.<sup>m</sup> *plerique*. · cordis secreta reservant: secreto corde reservat Arev.: cordis secreta reservat Omeis · **341** semper Ma. Hu.: semperque Had. · nectebat Westh. *alii* Ma. Hu.: nectabat Rom.: vectabat Poelm.<sup>vl</sup>: vectebat Westh.<sup>m</sup> · **347** virtus V<sub>1</sub> Hu.: specie Torn.: species Ma. · **348** Isaias *alii*: Esaias *alii* Ma. Hu. · **350** instruite V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: sternite *edd.* · iam *ante* stratas *om.* Ma.: iam *edd.* · **351** quae Domini digne vestigia gestet V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. *plerique* Ma. Hu.: quae Domini plantis calcanda beatis Ald. Poelm.<sup>vl</sup>. · **353** iteris V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Torn. Ma. Hu.: callis Ald. *alii*. · **354** tractare Ma. Hu.: tractate Rom. · serenum Ma. Hu.: sereniter Rom.

356	Ergo aderant populi, passimque hinc inde ruentes	
357	Complebant ripas, avidique lavacra petebant.	
358	Texta camelorum fuerant velamina setis,	
359	Et zonae pelles medium cinxere prophetam,	
	Et tenuem victum praebent silvestria <sup>36</sup>	325
360	Arvis qui solitus ruralibus esse locustas,	
361	Et tenuem victum praebent silvestria mella <sup>37</sup> .	
362	Isque ubi tot populos diversis sedibus ortos	326
363	Irruere ad fluvium cernit, sic increpat ore:	327
364	Viperae gentis soboles, quis debita vobis	328
365	Supplicia, urgentesque iras evadere monstrat?	329
366	Sed facite, o miseri, fructum, si poenitet, aptum,	330
367	Nec generis vestri tollat fiducia mentes.	
368	Nam facile e saxis etiam pro nomine plebes	
369	Succedent vestro, soboles, quia degener errat.	
370	Proxima roboreis iam iam radicibus instat	
371	Cunctorum ante oculos, aciesque levata securis.	335
372	Caedentur silvae steriles, ignemque fovebunt.	
373	Nunc ego praeteritas maculas in flumine puro	
374	Abluere institui: veniet sed fortior alter,	
375	Cuius vincla pedum non sum contingere dignus.	
376	Abluet ille homines sancto in spiramine mergens,	340

---

**359** pelles V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>: pellis V<sub>2</sub> *alii* Ma. Hu. · **360** Arvis qui solitus ruralibus esse locustas Had. Poelm. Fabr. Torn. *alii*: Edere (hedere V<sub>2</sub><sup>m</sup>) locustas solitus ruralibus arvis V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>m</sup> Rom. Dav. Ald. *om.* versus Hu. · **361** et: cui Arev. · praebent silvestria V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. *alii* Ma. Hu.: silvestria mandere Poelm<sup>vl</sup> Fabr. Torn. · · **362** isque Ma. Hu.: usque Ald.: is ubi Arev. · **363** increpat Ma.: incipit Rom. Hu. · **367** vestri Ma. Hu.: vestras V<sub>2</sub><sup>vl</sup>. · **371** aciesque: acies V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Westh. Poelm<sup>vl</sup> Fabr. Ma. Hu. · levata V<sub>1</sub> (glossae subrecta V<sub>1</sub> et subrecta V<sub>1</sub><sup>1.m</sup>) V<sub>2</sub> Rom. Dav. Had. Poelm. Torn. Ma. Hu.: elevata Dav.: sublata Ald. Westh. Poelm<sup>vl</sup> Fabr. · aciesque levata: acies elata *vel* faciesque levata Arev. · **372** caedentur Ma. Hu.: caeduntur V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. · **374** institui Ma. Hu.: instituti Torn. · **376** in: *om.* in Ma. · in spiramine : inspiramine V<sub>2</sub>: spiramine V<sub>1</sub> Rom. *edd.* Ma. Hu.

<sup>36</sup>Este verso no está en la edición arevaliana.

<sup>37</sup> Los versos 360 y 361 de la edición arevaliana no figuran en el texto ofrecido por Huemer.

377	Flammarumque globis purgabit noxia corda.	
378	Illius et manibus ruralis pala tenetur.	
379	Et propria ipsius purgabitur area frugum,	
380	Horreaque implebit secreti copia farris,	
381	Aeternusque leves paleas populabitur ignis.	345
382	Haec ait, et properis per silvam passibus ipsum	
383	Cernit Iordanis veneranda lavacra petentem.	
384	Sed vetat increpitans vates, et talia fatur:	
385	Tune meis manibus dignaris mergier undis,	
386	Cum tua me melius possint purgare lavacra?	350
387	Dixit Ioannes, cui talia reddit Iesus.	
388	Nunc sine; nam decet hoc: sic sancta per omnia nobis	
389	Iustitiae consecrandus complebitur ordo.	
390	Haec memorans, vitreas penetrabat fluminis undas.	
391	genti manifesta dei praesentia claret.	355
392	Scinditur auricolor caeli septemplex aethra,	
393	Corporeamque gerens speciem descendit ab alto	
394	Spiritus, aeream simulans ex nube columbam,	
395	Et sancto flatu corpus perfudit Iesu.	
396	Tum vox missa dei longum per inane cucurrit,	360

---

**382** properis *alii* Ma. Hu.: propere Rom. Ald. · **383** Iordanis Ma. Hu.: Ioannes Poelm<sup>vl</sup>. · **385** dignaris V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Ma. Hu.: digneris Had. Poelm. Fabr. Torn. · **386** purgare Sab.<sup>vl</sup> *plures alii*: mundare Sab., Ma. Hu. · **387** reddit Ma. Hu.: reddidit Rom. · **390** fluminis Ma. Hu.: flumen H. · in *ante* undas *om.* Ma. Hu: in H. · **392** auricolor Ma. Hu.: auricular Poelm. · aethra Ma. Hu.: aethera Ald. Poelm.<sup>vl</sup>: ethra *alii*: aether V<sub>1</sub> · caeli septemplex ethra *alii* Ma. Hu.: septemplex aethera caeli Ald. Poelm.<sup>vl</sup>. · **394** aeream V<sub>1</sub> Rom. Ald. Torn. *alii*: aetheream V<sub>2</sub><sup>2. m</sup>: aeriam Ma. Hu. · simulans V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2. m</sup> Torn. Ma. Hu.: similans Rom. Ald. *alii*. · **395** perfudit *alii* Ma. Hu.: perfundit Rom. · **396** dei Ma. Hu.: deo Arev.

397	Ablutumque undis Christum, flatuque perunctum.	
398	Alloquitur: Te, nate, hodie per gaudia testor	
399	Ex me progenitum; placet haec mihi gloria prolis.	
400	Tum petit umbrosos montes, et lustra ferarum,	
401	Obsequiumque illi Patris praebere ministri	365
402	Certabant, rabidi mox livor daemonis atram	
403	Cum terrore rapit mentem, nec defuit aegro	
404	Tentandi interea Christum versutia fallax.	
405	Quadraginta illi fuerant ex ordine soles,	
406	Ex quo nulla cibi, potusve alimenta dabantur:	370
407	Sed contexta simul firmi ieiunia cordis	
408	Terrarum ad regnum mentis secreta tenebant.	
409	Tunc epulas demum monuit conquirere corpus.	
410	Horrendi interea sceleris fallacia tentans,	
411	Si te pro certo genuit Deus, omnibus, inquit,	375
412	His poteris saxis forti sermone iubere	
413	Usum triticei, formamque capessere panis.	
414	Christus ad haec fatur: Nil me iam talia terrent.	
415	Nam memini scriptum, Quoniam non sola tenebit	
416	Vitam credentis facilis substantia panis:	380

---

**397** ablutumque Ma. Hu.: ambitumque Poelm<sup>vl</sup>. · **400** tum *alii* Ma. Hu.: tunc *alii*: nunc Ald. · **401** patris V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Ma. Hu.: patrii V<sub>2</sub>. · **402** certabant Rom. *alii* Ma. Hu.: certabat V<sub>1</sub> · rabidi *plerique*: rapidi V<sub>1</sub> Rom. Ma. Hu. · atram V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Torn. Schoettg. Ma. Hu.: ater Had. Poelm. *alii*. · **405** illi Ma. Hu.: illic Arev. · fuerant Ma. Hu.: fuerunt V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>: fuerat Arev. · **406** potusve Ma.: potusque V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Fabr. Hu. · **408** mentis Ma.: cordis V<sub>2</sub> Rom. Hu. · **409** tunc V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Ald. *alii* Ma. Hu.: tuncque V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. · demum Ma. Hu.: daemon *vel* demon Rom. · **413** capessere Ma. Hu.: capescere Ald. · **414** nil Ma. Hu.: nihil V<sub>1</sub> · iam Ma. Hu.: tam Rom. · **415** quoniam Ma. Hu.: quod Ald. Poelm<sup>vl</sup> · sit *ante* sola *om.* Ma. Hu.: sit Ald. Poelm<sup>vl</sup> · tenebit Ma. Hu.: datura Ald. Poelm<sup>vl</sup>.



417	Sed sermone dei complet pia pectora virtus.	
418	Rursus at ille dolos versutis artibus aptans	
419	Nectere tentator properat. Nam moenibus urbis	
420	Mox inferre pedem sensit, vis livida Christum	
421	Culmine marmoreo suasit consistere templi.	385
422	Tunc sic aggreditur vocis fallente veneno:	
423	Si deus est vere genitor tibi, culmine templi	
424	Aera per vacuum saltu iaculabere corpus.	
425	Testis erit scriptura tibi, quae spondet aperte	
426	Mandatum summi genitoris tale ministris,	390
427	Ut lapsum studeant casu defendere corpus,	
428	Et famulis manibus curent tua membra levare,	
429	Ne lapidis laedat summas offensio plantas.	
430	Reddidit his Christus dictis contraria dicta:	
431	Me meminisse magis scripti caelestis oportet,	395
432	Ne vires Domini fidens audacia tentet.	
433	Rursus in abrupti montis consistere celsis	
434	Mox furibunda iugis sensit fallacia Christum,	
435	Ostendens illi fulgentia regna per orbem,	
436	Cernis, ait, quae sit tantarum gloria rerum?	400

---

**419** nam Ma. Hu.: quam. · **420** sensit Ma. Hu.: tendit Barth.<sup>corr.</sup> · **421** marmoreo V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Poelm<sup>vl</sup> Torn. Ma. Hu.: marmorei Had. Poelm. Fabr. · suasit V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>sl</sup> Rom. Had. Poelm. Fabr.: fecit V<sub>2</sub> Torn. Ma. Hu.: tendit V<sub>2</sub><sup>s.l</sup> Ald. Dav. Poelm<sup>vl</sup>. · **422 - 423** om. V<sub>1</sub>(V<sub>1</sub><sup>m</sup>) · **426** mandatum Ma. Hu.: mundatum Torn. · tale Rom. Ma. Hu.: id esse Ald. Poelm<sup>vl</sup> Torn. · ministris Ma. Hu.: ministri Rom. · **427** defendere Ma. Hu.: descendere Torn. · **430** Christus dictis *alii* Ma. Hu.: dictis Christus Ald. Torn. · **431** me V<sub>1</sub> *alii* Ma. Hu.: te Rom. · **431-432** *invert.* V<sub>1</sub>. · **432** om. Rom. · **434** iugis Ma. Hu.: magis Ald. Poelm<sup>vl</sup> · sensit Ma. Hu.: scensit Rom. tendit *vel* suasit *vel* fecit Arev. · **435** illi V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Torn. Hu.: olli Had. Poelm. *alii* Ma.

437	Cuncta tuo possum iamiam concedere regno,	
438	Talia donantem me si veneratus adores.	
439	Tum sic instantem dictis reiecit Iesus:	
440	Effuge, pestiferi rabies vesana veneni,	
441	Haereat ut semper nobis immobile iussum,	405
442	Ut iustus caeli Dominum devotus adoret,	
443	Unius et famulans veneretur numen in aevum.	
444	Talibus excussus fugit per devia daemon.	
445	Ille ubi Ioannem cognovit carceris umbris	
446	Immersum, tristi compressit corda dolore,	410
447	Finibus et statuit Zabulonum ponere sedes,	
448	Ut dictum Isaiae concurreret ordine secli:	
449	Terra Zabulonum, et regionis Nephthala nomen,	
450	Et via trans pelagus longe, Galilaeiaque arva,	
451	Trans et Iordanem gentes, populi que tenebris	415
452	Inclusi, magnum lumen, subitumque videbunt:	
453	In mortisque illis umbra residentibus alma	
454	Exoritur fidei resplendens luce voluntas.	
455	Ergo instare dei regnantis munera Christus	
456	Nunciat, increpitans praeconia larga salutis.	420

---

**437** tuo Ma. Hu.: tibi Ald. Poelm<sup>vi</sup> Fabr. · regno Ma. Hu.: regna Ald. Poelm<sup>vi</sup> Fabr. · **438** me si Sab.<sup>vi</sup> reliqui: si me Sab. Ald. Ma. Hu. · **441** ut semper nobis V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2.m</sup> Ma. Hu.: ut nobis semper V<sub>2</sub> · iussum Ma. Hu.: donum (supra iussum) V<sub>2</sub> · **442** caeli dominum Ma. Hu.: dominum caeli V<sub>1</sub>. · **443** numen V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Ma.: nomen V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> plerique edd. Hu. · **446** immersum V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: submersum Ald. Had. Poelm. Fabr.: demersum V<sub>1</sub> Torn. · corda V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2m</sup> Had. Poelm. Fabr.: corde V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Rom. Ald. Torn. Ma. Hu. · dolorem V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Rom. Ald. Torn. Ma. Hu.: dolore V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2m</sup> Had. Poelm. Fabr. · **449** Zabulonum V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Torn. Ma. Hu.: Zabulon Had. Poelm. Fabr. Reusch · regio cui Ald. Had. Dav. Poelm. Fabr. Torn. Reusch: regionis V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu. · Nephthala V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Had. Poelm. Fabr. Reusch: Nephthalia Torn.: Neptala Ma. Hu. · **450** Galilaeiaque: Galilaeaque V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Ald. Bas. edd. plerique: Galilaeaeque Torn.: Galilaeaque nonnulli. : Galilaea Ma. Hu. · arva V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. cod. Barth. Ald. Bas. Barth. Ma. Hu.: rura Torn. edd. plerique. · **451** Iordanem V<sub>1</sub> alii: Iordanen Ma. Hu. · **453** mortisque Ma. Hu.: morteque Rom. · illis Ma. Hu.: illius Rom. · **454** resplendens Ma. Hu.: splendens V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>. · **455** munera V<sub>2</sub><sup>2.m</sup> multi Ma. Hu.: munere V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>: munia Rom. Ald. Bas.

457	Praeteriensque videt ponti per littora fratres,	
458	Praesolidumque Simon, dignum cognomine Petri,	
459	Andreamque simul, sinuosa volumina lini,	
460	Piscibus insidias disponere marmoris undis.	
461	Nunc, inquit, pisces capitis maris aestibus altis:	425
462	Sed me si libeat sectari, fortia vobis	
463	Provenient hominum praepulchra indagine lucra.	
464	Illi confestim firmato pectore certi,	
465	Retibus abiectis, pariter praecepta sequuntur.	
466	Post fratres Iacobum, Ioannemque marinis	430
467	Insidias gregibus maculoso innectere textu	
468	Ut vidit, similemque dedit de littore vocem,	
469	Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt	
470	Illico, sectantes pulcherrima iussa salutis.	
471	Exin per terram Galilaeae sancta serebat	435
472	Insinuans populis regni praeconia Christus,	
473	Donabatque citam fessis, aegrisque medelam,	
474	Et mox crebra procul Syriam iam fama tenebat,	
475	Mille sonans linguis praesentia munera Christi.	
476	Denique certatim languoris tabe peresos,	440

---

**457** videt Ma. Hu.: vidit Rom. · ponti Sab.<sup>vl</sup> *alii edd. mss.* Ma. Hu.: geminos Sab.. · **458** praesolidumque Ald. (in erratis): praesolidum Ald. Ma. Hu.: prosolidum Rom. · Simon: Simonem Ald. Ma. Hu. · cognomine Ald. Ma.: nomine Arev. · **461** altis Ma. Hu.: altos V<sub>1</sub>. · **463** praepulchra Gall. *plerique* Ma. Hu.: perpulchra Rom. · **466** fratres V<sub>2</sub><sup>2. m vl</sup> *plerique* Ma. Hu.: fratres geminos Ald. Rom. Bas. Torn.: geminos Poelm<sup>vl</sup> Reusch. · **469** Zebedeum Ma. Hu.: Zebedaeum *nonnulli edd.* · **471** Galilaeae *vel* Galilaeae Rom. *edd.*: Galileam V<sub>1</sub> V<sub>2</sub>: Galilaeam Ma. Hu. · serebat Ma. Hu.: ferebat Poelm<sup>vl</sup>. · **473** fessis V<sub>1</sub> Torn. : invalidis V<sub>1</sub><sup>s.1</sup> *plerique* Ma. Hu. · **476** languoris *mss. plerique edd.* Ma. Hu.: languores Ald. Bas.

477	Diversisque malis nexos, queis longa dolorum	
478	Absumpsit populans membrorum robora tabes,	
479	Monstrabant Christo: facili sed munere cunctos	
480	Reddebat propere miranda ad gaudia sanos.	
481	Iamque animae ipsius morbi, saevique furores,	445
482	Et lunae cursum comitata insania mentis	
483	Discessere gravi sermonis pondere iussa.	
484	Illum stipantes miracula magna moventem	
485	Mixtae sectantur turbae, Solymique, Syrique,	
486	Et Iudaea frequens populis, Galilaeaque plebes,	450
487	Quos et Iordanis dirimit stagnante fluento.	
488	Hos populos cernens, praecelsa in rupe resedit,	
489	Ac sic discipulis gremium cingentibus infit:	
490	Felices humiles, pauper quos spiritus ambit:	
491	Illos nam caeli regnum sublime receptat.	455
492	His similes mites, quos mansuetudo coronat,	
493	Quorum debetur iuri pulcherrima tellus.	
494	Hos modo lugentes solatia digna sequentur.	
495	Pabula iustitiae qui nunc, potusque requirunt,	
496	Illos plena manet saturandos copia mensae.	460

---

**477** dolorum V<sub>1</sub> Torn.: doloris V<sub>2</sub>: dolore Rom. *plerique edd.* Ma. Hu. · **479** Christo *reliqui omnes* Ma. Hu.: Christus Rom. · facili *reliqui omnes* Ma. Hu.: facile Rom.<sup>corr.</sup> · sed *reliqui omnes* Ma. Hu.: sub Rom.<sup>corr.</sup> · munere *reliqui omnes* Ma. Hu.: murmure Rom.<sup>a corr.</sup> · **480** sanos Ma. Hu.: sanctos Rom. · **494** hos: hoc V<sub>1</sub> Rom. Ma. Hu.: hic *reliqui omnes*. · solatia Rom.<sup>m</sup>. *reliqui omnes*: solatio V<sub>1</sub> Rom. Arev.: solacia Ma. Hu. · sequentur V<sub>1</sub> Rom. *reliqui omnes* Ma. Hu.: sequetur Arev.

497	Felix, qui miseri doluit de pectore sortem:	
498	Illum nam Domini miseratio larga manebit.	
499	Felices, puro qui caelum corde tuentur:	
500	Visibilis Deus iis per secula cuncta patebit.	
501	Pacificos Deus in numerum sibi prolis adoptat.	465
502	Felices nimium, quos insectatio frendens	
503	Propter iustitiam premit: iis mox regia caeli	
504	Pandetur. Gaudete, operum quos iusta tenentes	
505	Urgebit praeceps stimulis iniuria saevis.	
506	Plurima nam merces vobis servatur in aethra;	470
507	Namque prophetarum fuit insectatio talis.	
508	Discite, vos hac in terra salis esse saporem.	
509	Hic sapor amissa si iam virtute senescit,	
510	Quae salis absumptos acuet substantia gustus?	
511	Nec quisquam vani post haec superest salis usus,	475
512	Ni longe abiectum cuncta ut vestigia calcent.	
513	Vos estis mundi clarum (ne abscondite) lumen.	
514	Nam quis praecelsis impostam rupibus urbem	
515	Occultare queat? Vestrum sed lumen ad omnes	
516	Perveniat, rerumque decus sub luce serena	480

---

**499** qui caelum V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: caelum qui *edd.* · **500** patebit V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: manebit *edd.* · **501** pacificos Ma. Hu.: pacificum Ald. · **503** premit *alii* Ma. Hu.: premet Ald. Bas. · **508** discite Ma.: dicite V<sub>1</sub><sup>1.m</sup> Hu. · **509** senescit Ma. Hu.: senescet V<sub>1</sub>. · **511** nec quisquam Reusch Ma. Hu.: nequicquam V<sub>1</sub><sup>vl</sup> · vani V<sub>1</sub><sup>vl</sup> Sab.<sup>vl</sup> Reusch Ma. Hu.: fatui Sab. *nonnulli.* · **512** abiectum Sab.<sup>vl</sup> *reliqui* Ma. Hu.: abiecti Sab. · **514** quis Westh<sup>m</sup> Ma. Hu.: qui Westh. · **516** perveniat *alii* Ma. Hu.: proveniat Ald. · rerumque Ma. Hu.: verumque Torn.: rerum Rom.

517	Ponatur. Cunctis genitoris gloria vestri	
518	Laudetur, celsi thronus est cui regia caeli.	
519	Non ego nunc priscas leges dissolvere veni,	
520	Vertere nec, veteres ponunt quae iussa prophetae.	
521	Omnia nam vobis per me complenda manebunt.	485
522	Vera loquor, donec caeli, terraeque, marisque	
523	Interitus veniat, legis ne littera saltem,	
524	Aut apicis parvi gracilis distinctio deerit,	
525	Omnia quin fiant digesta ex ordine saeculi.	
526	Siquis enim minimam mandati solvere partem	490
527	Ausus erit, pariterque homines suadendo docebit,	
528	Hic minimi nomen caelesti in sede tenebit.	
529	At quicumque operis proprii moderamina servans,	
530	Inviolata simul tradet praecepta priorum,	
531	Magnus erit, magnique feret trans sidera nomen.	495
532	Audistis veteris iussum moderamine legis:	
533	Humano si quis macularit sanguine palmas,	
534	Ille reus ferro persolvit vindice poenas.	
535	Ast ego praecipiam, ne quis consurgere in iras	
536	Audeat, atque odio fratris fervente moveri.	500

---

518 thronus Ma. Hu.: throni Rom. · 522 vera Ma. Hu.: verba Rom. · 523 legis *plerique* Ma. Hu.: legum V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>: ulla Rom. · ne *plerique* Ma.: nec V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Rom. Hu. · 525 quin Ma. Hu.: quando Rom. · digesta : digesto Rom. Ald. Ma. Hu. · 527 suadendo V<sub>2</sub> Reusch *plerique*: audendo V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>s.1</sup> Ma. Hu. · 529 moderamina Ma. Hu.: moderamine V<sub>2</sub><sup>2.m</sup>. · 530 priorum *ceteri* Ma. Hu.: piorum Bas. Torn. · 533 palmas Ma. Hu.: palmos Bas. · 535 praecipiam Sab.<sup>vl</sup> *alii* Ma. Hu.: praecipio Sab..

537	Nam reus hic aequo poenas sub iudice reddet.	
538	Nec minor illorum convicia flamma sequetur,	
539	Qui fatui, miserive cient sub nomine fratrem.	
540	Sin offerre voles, venerans altaria donis,	
541	Et tua tunc tacitae mentis penetralia tanget,	505
542	Quod tibi sit cum fratre domi suscepta similtas,	
543	Munera cuncta illic adytis admota relinque:	
544	Et prius ad pacem properans transcurrere petendam.	
545	Fraterno demum iam conciliatus amori,	
546	Offer grata deo tranquillo pectore dona.	510
547	Est tibi praeterea virtus contraria semper	
548	Corporis: hoc casti celeri curetur amore,	
549	Dum rapidae tecum graditur per compita vitae.	
550	Accusabit enim polluti corporis usus,	
551	Et te sublimi statuet sub iudice vinctum.	515
552	Damnatum rapiunt ad vincula saeva ministri,	
553	Nec prius e tenebris solveris carceris atri,	
554	Ultima quam minimi reddatur portio nummi.	
555	Haud ignota, reor, vobis stat cautio legis,	
556	Corpus adulterio prohibens: sed nunc mea iussa	520

---

**537** aequo Ma. Hu.: aequo V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> · reddet: pendet Rom. Fabr. Ma. Hu. · **539** miserive V<sub>2</sub><sup>2m</sup> Ma. Hu.: miserique V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> · qui fatui, miserive Ma. Hu.: qui miseri, fatuique V<sub>2</sub> · **540** voles Ma. Hu.: volens V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> · donis V<sub>1</sub><sup>vl</sup>: munus V<sub>1</sub> Ma. Hu. · **541** tanget Ma. Hu.: tangent V<sub>1</sub><sup>a. corr.</sup> V<sub>2</sub><sup>a. corr.</sup> Ald. Bas.: tangunt Rom. · **542** fratre Rom. *alii omnes* Ma. Hu.: fraude Rom<sup>m</sup>. · **543** illic V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Bas. Torn. Ma. Hu.: illis *alii edd.* · illic adytis/i V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. *alii edd.* Ma. Hu.: adytis illic Ald. Bas. Torn. · **547** virtus contraria semper *plerique*: semper contraria virtus Rom. Ald. Dav. Poelm<sup>vl</sup> Ma. Hu. · **548** hoc V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Bas. Ma. Hu.: haec Poelm. Reusch *alii edd.* · **549** dum Ma. Hu.: cum Rom. · rapide V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: rapidae *edd* Ma. Hu. · **550** accusabit Ma. Hu.: accusabat V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>. · **553** solveris Rom. Ald. Fabr. Ma. Hu.: mitteris V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Poelm. · **554** ultima Ma. Hu.: ultra Rom.

557	Occulta internae frenent molimina mentis:	
558	Nec minus optati, quam facti poena luenda.	
559	Si te forte oculi dextri laqueaverit error,	
560	Auctorem miserae properans convellito labis,	
561	Et iaculare procul. Nam membrum perdere refert	525
562	Exiguum, flammis quam totum dedere corpus,	
563	Perpetuisque animam pariter convolvere poenis.	
564	Et si dextra manus mentem per devia ducit,	
565	Erroris causam praestat decidere ferro,	
566	Quam totum aeternis corpus concedere flammis.	530
567	Praecipiant veteres, siquis connubia rumpet,	
568	Scribere discidium, iuris feralia verba.	
569	Sola viri recte discedet adultera tectis,	
570	Ast aliae maneant: nam casti iura pudoris	
571	Auctore amittet mulier deserta marito.	535
572	Antiquae leges prohibent periuria linguis.	
573	Sed nostris cedat iurandi audacia iussis;	
574	Nec fas est homini caelum iurare per altum,	
575	Quod sedes Domini est, nec quae vestigia gestat	
576	Terra dei, Solymaeque Urbis venerabile nomen,	540

---

**557** internae Ma. Hu.: interne V<sub>2</sub> Rom. · frenent Hu.: feriant V<sub>2</sub>: frenant Ma. · **558** luenda V<sub>1</sub> V<sub>2</sub>: luenda est Rom. *edd.* Ma. Hu. · **561** refert V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm<sup>vl</sup> Ma. Hu.: praestat *edd. plerique.* · **562** dedere Ma. Hu.: tradere Ald. · **565** praestat V<sub>2</sub>: praesta V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> · praestat decidere Ma. Hu.: magis utile vellere Poelm<sup>vl</sup>. · **567** praecipiant Ma. Hu.: permittunt Poelm<sup>vl</sup>. · rumpet V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald.: rumpit *alii* Ma. Hu. · **568** discidium V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Bas. Omeis Ma. Hu.: dissidium *alii*. · **571** amittet *alii* Hu.: amittit V<sub>2</sub> Ma. · **573** cedat iurandi Ma. Hu.: iurandi cedat Sab. · **575** sedes Ma. Hu.: sede Torn. · est V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Bas.: *om.* est *alii* *edd.* Ma. Hu. · quae Ma. Hu.: qui Had.: quod Poelm<sup>vl</sup>. · gestat Rom. Ma. Hu.: gestet Rom<sup>m</sup>. · **576** Solymaeque: Solymaeve V<sub>1</sub> Ma. Hu. · urbis V<sub>2</sub> Ma. Hu.: orbis V<sub>2</sub><sup>a corr.</sup>



577	Quod regis magni propria est, iurabitur unquam.	
578	Nec caput in proprium cuiquam iurare licebit,	
579	Namque potestatem minimi non esse capilli	
580	Cernitis, albumve, aut nigrum mutare colorem.	
581	Est, est, sufficiat; quod non est, dicite, Non est.	545
582	Quod superest istis, totum fallaciter aegro	
583	Suggerit obreptans animo vis tetra veneni.	
584	Pervulgata diu legis praecepta tenetis,	
585	Laedentem semper similis vindicta sequatur.	
586	Sed tranquilla malum melius patientia vincet.	550
587	Ac si quis partem palma percusserit oris,	
588	Mox aliam partem vultus praebere memento,	
589	Auferat aut tunicam si quis vi iudicis instans,	
590	Cede libens, pariterque ferat tua pallia secum.	
591	Si te forte aliquis passus per mille iubebit	555
592	Ire viam, gravidique oneris perferre laborem,	
593	Mox perges, aliudque iteris comitabere duplum.	
594	Siquis egens poscet, vel se simulabit egentem,	
595	Ex animo miserans largire; aut mutua si quis	
596	Orabit, tribue, et mitem ne subtrahe vultum.	560

---

**577** propria V<sub>2</sub> Rom. Gall. Ma. Hu.: patria V<sub>1</sub> *plerique edd.* · **580** albumve Ma. Hu.: albumque V<sub>1</sub>. · **581** sufficiat quod non est *alii* Ma. Hu.: ferte quod est Ald. · dicite Ald. *alii* Ma. Hu.: dicere Poelm<sup>vi</sup> Torn. · **584** tenetis Ma. Hu.: tenebat Rom. · **585** sequatur Ma. Hu.: sequetur Rom. · **587** ac si quis V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> *plerique edd.* Ma. Hu.: te siquis Rom.: si tibi quis Ald. · **589** auferat V<sub>1</sub> *ceteri*: aufert Rom.: auferet Ma. Hu. · tunicam V<sub>1</sub> *ceteri* Ma. Hu.: tunicam V<sub>2</sub><sup>2.m</sup> · **592** gravidique V<sub>2</sub> Ma. Hu.: gravis atque *edd.*: grandique Rom.: gravidumque V<sub>1</sub>. · **593** iteris *mss. nostri nonnulli edd.* Ma. Hu.: viae Ald. Poelm. *alii*. · **594** se V<sub>2</sub><sup>2.m</sup> Rom. Poelm. *alii*: si V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> Torn. Bas. Ald. Ma. Hu. · **596** mitem Ma. Hu.: tristem V<sub>1</sub>.

597	Nec tibi sit placitum solis succurrere amicis,	
598	Aut caecis odiis inimicos ducere dignos.	
599	Quin ego praecipiam blando super esse per omnes	
600	Obsequio, precibusque Deum mollire benignis	
601	Pro vita ipsorum, qui vos excindere gaudent,	565
602	Adversisque truces animis, odiisque sequuntur.	
603	Nam genitor noster communia lumina solis,	
604	Communesque dedit pluvias iustisque malisque.	
605	Quod si coniunctos tantum veneramur amicos,	
606	Quis locus hic iustae poterit mercedis haberi?	570
607	Servit amicitiae tantum gens dedita lucris.	
608	Sed vos perfecto similes estote parenti.	
609	Sicubi iustitiae pandetur pulchra facultas,	
610	Devitate oculos hominum: nam nulla manebit	
611	Merces, posterius quae factum tale sequatur.	575
612	Applaudet tantum sterilis laudatio vulgi.	
613	Sed tu quod dextra facias, nescire sinistram	
614	Convenit, et iustis meritis tunc digna rependet	
615	Occulti solus scrutator praemia cordis.	
616	Sunt, quos praetumidae tollit iactatio mentis,	580

---

598 aut : nec Ald. Ma. Hu. · 599 super V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: semper Dav. Ald. *alii edd.* Ma. Hu. · blando super V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: semper blando Dav. Ald. *alii edd.* Ma. Hu. · 606 iustae Ma. Hu.: iuste Ald. · 608 perfecto Ma. Hu.: perfecti Poelm<sup>vl</sup> · 609 sicubi Ald.: sic ubi Ald.(in erratis) Poelm. Westh<sup>m</sup> Badius Ma. Hu.: sicui Bas. Ald. Westh.: si tibi Poelm<sup>vl</sup> Westh. · pandetur Westh<sup>m</sup> Ma. Hu.: pendetur Westh. Badius · pulchra V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Badius *alii edd.* Ma. Hu.: iusta Rom. Had. Poelm. Westh *alii.* · 610 devitate Rom<sup>1.m</sup> *plerique* Ma. Hu.: devitare Rom. Westh<sup>m.2.m</sup>: devites Poelm<sup>vl</sup>.: divites Westh. · 611 posterius V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm<sup>vl</sup> Ma. Hu.: in caelo Ald. *plerique edd.* · 612 applaudet V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> *multi edd.* Ma. Hu.: ut laudet Rom. Ald. Bas.: ut audet Torn.: si laudet Schoettg.. · laudatio V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Fabr. Ma. Hu.: iactatio Ald. Poelm. Schoettg. *alii.* · 613 tu : te V<sub>1</sub>: *om.* tu *vel* te *reliqui* Ma. Hu. · faciut *ante* facias *om.* V<sub>1</sub>: facit *reliqui.* · 614 convenit et V<sub>1</sub>: conveniet V<sub>2</sub> Ald. Had. Poelm. Ma. Hu.: quum veniet Rom. Fabr. · tunc digna : tum digna *alii* : condigna Ald. Rom<sup>2.m</sup> · 616 iactatio V<sub>1</sub><sup>vl</sup> *alii* : iactantia V<sub>1</sub> Ma. Hu.

617	Et precibus propriis gaudent assistere turbas,	
618	Multifluisque diem verbis ducendo fatigant.	
619	His votis pompae fructus succedit inanis.	
620	Sed secreta domus precibus penetralia castis	
621	Claudantur, paucisque Deum venerabere verbis.	585
622	Scit Pater ipse, tui quae sit trepidatio cordis.	
623	Nil, absente Deo, loquimur, nil abdita clausum	
624	Pectoris antra tegunt: praesens Deus omnia cernit.	
625	His igitur votum placeat concludere verbis:	
626	Sidereo genitor residens in vertice caeli,	590
627	Nominis, oramus, veneratio sanctificetur	
628	In nobis, pater alte, tui: tranquillaque mundo	
629	Adveniat, regnique tui lux alma patescat.	
630	Sic, caelo ut, terris tua fiat clara voluntas,	
631	Vitalisque hodie sancti substantia panis	595
632	Proveniat nobis, tua mox largitio solvat	
633	Innumera indulgens erroris debita pravi;	
634	Et nos haud aliter concedere fenera fas est.	
635	Tetri saeva procul tentatio daemonis absit,	
636	Eque malis tua nos in lucem dextera tollat.	600

---

**617** gaudent Ma. Hu.: gaudet Torn. · **618** multifluisque Ma. Hu.: multifluique Rom. · **619** votis Ma. Hu.: vocis Had. · succedit Ma. Hu.: succedet Rom. · **621** claudantur *mss. multi edd.* Ma. Hu.: claudentur Had. Poelm. · **622** tui V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Bas. Torn. Ma. Hu.: tibi Poelm. Had. · **623** clausum Ma. Hu.: clausi V<sub>3</sub>. · **629** alma V<sub>1</sub> Rom. V<sub>3</sub> Ald. Reusch Ma. Hu.: ampla V<sub>1</sub><sup>l.m</sup> V<sub>2</sub> Poelm. Fabr.: sancta V<sub>1</sub><sup>vl</sup> · patescat V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Poelm. Fabr.: redundet V<sub>1</sub><sup>vl</sup> Rom. V<sub>3</sub> · **630** sic *edd. plerique* Hu: in V<sub>3</sub> Ma.: ut *edd. plerique:* et V<sub>3</sub>. · tua fiat V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. V<sub>3</sub>: fiat tua *edd. plerique* Ma. Hu. · **634** fas est V<sub>1</sub>: nostris *alii omnes* Ma. Hu. · **636** eque *alii* Ma. Hu.: deque Fabr.

637	Sic etenim genitor populis delicta remittet,	
638	Si vestra alterni vobis peccata velitis	
639	Cedere, nec durum erratis impendere pectus.	
640	Sunt etiam pergrata Deo ieiunia plebis.	
641	Sed propriam multi faciem foedare laborant,	605
642	Quo vanam captent hominum ieiunia famam.	
643	Tu vero et grato crinem nitefactus olivo,	
644	Laetantem puris de fontibus ablue vultum:	
645	Ut solus genitor devoti pectoris aptum	
646	Servitium cernens, laudem, meritumque rependat.	610
647	Vanum est defossis terra invigilare talentis:	
648	Illic aerugo, et tineae dominantur edaces,	
649	Cunctaque diripiunt fures egesta latebris.	
650	Condite thesauros vobis in vertice caeli.	
651	Non aerugo illos, tineaeve, aut horrida furum	615
652	Factio diripiet. Vobis ubi condita res est,	
653	Illic corda etiam simili ditione tenentur.	
654	Corporis est lumen, quo publica lumina cernis:	
655	Sed si pura acies oculis, simplexque nitebit,	
656	Totius clare splendebunt corporis artus.	620

---

**637** sic V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> V<sub>3</sub> Ma. Hu.: tunc Ald. Had. Poelm. Fabr. *nonnulli*. · delicta V<sub>2</sub> V<sub>3</sub> Ald. Had. Poelm. Fabr. Ma. Hu.: peccata V<sub>1</sub> *nonnulli*. · remittet V<sub>1</sub> V<sub>3</sub> Ald. Had. Poelm. Fabr. *nonnulli* Ma. Hu.: remittit V<sub>2</sub>. · **638** alterni Ma. Hu.: alternis Arev. · **639** cedere Ma. Hu.: credere Badius. · impendere *alii mss. et edd.*: intendere V<sub>1</sub> Ald. Fabr. Torn. Bas. Ma. Hu. · **643** nitefactus *mss. plerique edd.* Ma. Hu.: madefactus Ald. Bas. Poelm<sup>vl</sup>. · **646** laudem Ma. Hu.: laudet V<sub>2</sub> Rom<sup>m</sup> Ald. · rependat Rom<sup>m</sup> Ma. Hu.: rependet V<sub>2</sub> Ald. Rom. · **647** terra *alii* Ma. Hu.: terrae V<sub>1</sub> Torn. · **649** diripiunt Ma. Hu.: deripiunt V<sub>2</sub>. · **652** factio Rom. Torn. Ma. Hu.: pactio V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Had. Poelm. Fabr. · **655** sed V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Bas. Had. Poelm. Fabr. Torn. Ma. Hu.: quod Rom. · oculis V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Bas. Torn. Ma. Hu.: oculi Had. Poelm. Fabr.: oculos Rom. · acies oculi/o/s V<sub>2</sub> Ald. Bas. Had. Poelm. Fabr. Torn. Ma. Hu.: oculi/o/s acies V<sub>1</sub> Rom. · **656** et Rom. Ma. Hu.: *om.* et V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>: tunc V<sub>1</sub><sup>m</sup> V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> · totius clare V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: clare totius Dav. Had. Ald. Poelm. Fabr. *aliique edd.* Ma. Hu.

657	Sin vero nequam fuerit, pravumque videbit,	
658	Obscurae incumbent super omnia membra tenebrae.	
659	In nigras lumen sed si convertitur umbras,	
660	Ipsis horror erit quantus sine luce tenebris?	
661	Nemo potest dominis aequae servire duobus:	625
662	Unius aut odiis cedit, vel cedit amori.	
663	Nec pariter dominum servus patietur utrumque.	
664	Haud unquam poterit quis divitiisque, Deoque	
665	Inservire simul. Sed vos haec iussa tenete.	
666	Solicitet proprio ne vos pro corpore vestis,	630
667	Neu faciles victus aegra disquirite cura.	
668	Nonne animam pluris facimus, quam corporis escas?	
669	Aut dubitat corpus quisquam praeponere vesti?	
670	Aerias spectemus aves: non vomere presso	
671	Terga soli subigunt, iaciunt aut semina farris,	635
672	Aut segetum culmos incurva falce recidunt.	
673	Proveniet tamen his satias potusque, cibique.	
674	Nonne Deo magis est hominum curatio cordi?	
675	Nec dignum fuerat vestis suspendere curam	
676	Pectoribus nostris. Numquid cubitalia possunt	640

---

**657** pravumque: pronumque Bas.: parvumque Ma. Hu. · **662** cedit, vel cedit V<sub>2</sub> Ma. Hu.: cedit, aut cedit V<sub>2</sub><sup>1.m</sup>  
· **664** poterit Ma. Hu.: poteris Bas. · **665** vos haec Ma. Hu.: haec vos Rom. · **667** faciles Ma. Hu.: facilis V<sub>2</sub>  
· **669** aut V<sub>1</sub> V<sub>1</sub><sup>2.m</sup> V<sub>2</sub> Ald. Had. Poelm. Ma. Hu.: haud Rom. Torn. · dubitat V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Had. Poelm.  
Torn. Ma. Hu.: dubitet V<sub>1</sub><sup>2.m</sup>. · **670** aerias V<sub>2</sub> V<sub>1</sub><sup>2m</sup> Ma. Hu.: aereas *alii*. · num vomere presso—Terga soli  
subigunt? Ald. Bas.: non vomere, *sine interrogatione, quae etiam a textu Evangelii abest. Alii num cum  
interrogatione prae reliquis lectionibus eligit Reusch* (Arev). · **671** subigunt Ma. Hu.: subeunt Rom. · aut  
Bas. Poelm<sup>vl</sup> Ma. Hu.: haud Had. Poelm. Torn. : nec Fabr.: ut Ald. · **673** proveniet V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Bas.  
Poelm. Torn. Ma. Hu.: provenit et Fabr. · tamen his V<sub>2</sub> Rom. Ald. Bas. Poelm. Fabr. Torn. Ma. Hu.: his tamen  
V<sub>1</sub> · satias V<sub>2</sub> Poelm. Fabr. Ma. Hu.: saties V<sub>1</sub> Rom. Ald. Bas. Torn. · **674** nonne Ma. Hu.: numne Rom. ·  
cordi Ma. Hu.: cordis Rom. · **675** nec Ma. Hu.: et Arev. fuerat Ma. Hu.: fuerit Arev.

677	Incrementa suis homines imponere membris?	
678	Cernite, per pingues agros ut lilia florent.	
679	Non ulli tamen iis umquam incubuere labores.	
680	Nec Salomona illum, cum regni divitis aula	
681	Afflueret, talis contextit gratia vestis.	645
682	Naturale bonum terris commune placebit. <sup>54</sup>	
683	Quod si pratorum, fruticumque virentia laeta	646
684	Ipse Deus vestit, nostris obnoxia flammis,	647
685	Cur vobis potior non est fiducia patris?	648
686	Ergo cibum, potum, vestemque, et inania cuncta,	649
687	Gentibus infidis terrenam linquite curam.	650
688	Vos potius digne caelestia quaerite regna,	
689	Iustitiamque dei: spontanea cetera current:	
690	Crastina nec vobis curetur copia rerum.	
691	Quisque dies sibimet satis est pro fraude diurna.	
692	Iudicium vestrum fugiat damnatio saeva.	655
693	Nam Dominus iuris vestri documenta sequetur.	656
694	Quae vos in terris statuetis tempore capti,	657
695	Haec eadem vobis Genitor servabit in aethra <sup>55</sup> .	
696	Mensuram tibi, quam ponis, portare necesse est.	658
697	Cernis adhaerentem festucam in lumine fratris,	659
698	Nec tamen in proprio tignum consistere sentis?	660

---

**677** incrementa suis homines imponere membris Had. Poelm. Fabr. *mss. nostri alii edd.*: per se nemo potest, aut quicquam imponere membro Ald. Bas. Poelm<sup>vl</sup>. Torn. *alii edd.* · **679** labores V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm<sup>vl</sup> Ma. Hu.: ligones Ald. Had. Fabr. *alii*: ligone Arev. · **680** Salomona V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Dav. Had. Poelm. Fabr. *alii* Omeis Ma.: Salomon Rom.: Solomona Hu. · illum V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Poelm<sup>vl</sup> Omeis Ma. Hu.: gravem Ald. Dav. Had. Poelm. Fabr. *alii*: tamen Arev. · **682** versus V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Reusch: *om. versus nonnulli edd.* · **685** vobis Ma. Hu.: nobis Rom. · patris Ma. Hu.: praesens Rom. · **689** current *alii* Ma. Hu.: currunt Ald. Bas. · **693** iuris vestri *mss. nostri* V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma.: vestri iuris *edd.* Hu. · **694** quae vos V<sub>1</sub> Rom. *alii* Ma. Hu.: quaecumque V<sub>2</sub> Bas. Torn. Ald. Poelm<sup>vl</sup>. · tempore Reusch *alii* Ma. Hu.: tempora Ald. Bas. · **697** festucam Ma.: fistucam V<sub>2</sub> Hu. · **698** tignum *reliqui* Ma. Hu.: lignum Badius.

<sup>54</sup> Este verso lo encontramos en la edición de Arévalo, pero no en el texto editado por Huemer.

<sup>55</sup> Este verso aparece en el texto arevaliano, pero no en el ofrecido por Huemer; sí aparece como omitido en el aparato crítico de su edición.

699	Atque oculum prius alterius purgare laboras?	
700	Diripe sed proprio fallax de lumine tignum.	
701	Tum minimam alterius curabis demere aristam.	
702	Ne canibus sanctum dederitis, neve velitis	
703	Turpiter immundis iactare monilia porcis.	665
704	Namque illa in coeno pedibus subiecta iacebunt,	
705	Conversique sues vasto vos vulnere rumpent.	
706	Poscenti dabitur, quaerens inventa tenebit,	
707	Pulsantique aditus foribus pandetur apertis.	
708	Vos homines natis panem poscentibus omnes	670
709	Num lapidem dabitis, piscemve petentibus, anguem?	
710	Vos, inquam, rigidi, quibus alte est insita cordi	
711	Durities, vestris dabitis semper bona natis.	
712	Indulgens hominum Genitor bona mitia digne	
713	Quam praestare magis gaudet poscentibus aequis!	675
714	Quae cupitis vobis hominum benefacta venire,	
715	Haec eadem vestro cunctis praestate favore.	
716	Haec legis summa est, hoc ius dixere prophetae.	
717	Ite per angustam, iusti, supra sidera portam.	
718	Quam lata, et spatiosa via est, quae limite laevo	680

---

**699** laboras *alii* Ma. Hu.: labores Rom. · **700** diripe Poelm. *plerique* : eripe Poelm.<sup>vl</sup>: deripe V<sub>2</sub> Ma. Hu. · tignum Rom. Had. Poelm. *alii*: lignum Ma. Hu.: trabem V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ald. Dav. Bas. · **702** canibus sanctum *mss. nostri edd.* Ma. Hu.: sanctum canibus Lupus Ferrariensis. · **703** monilia Ma. Hu.: munilia V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2. m</sup> · **704** illa *alii* Ma. Hu.: illo Had. · **705** conversique Bas. Poelm. Fabr. Torn. *mss. plerique edd.* Ma. Hu.: conversaeque Poelm.<sup>vl</sup> · sues Poelm. *mss. plerique edd.* Ma. Hu.: suos Bas.: canes Fabr. Torn. · **707** aditus Ma. Hu.: adytus Bas.: adytis Rom. · apertis Rom.<sup>vl</sup> Ma. Hu.: aperte Rom. · **709** num *edd.*: non V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu. · **711** semper bona *mss. et edd.* Ma. Hu.: dona optima Fabr. · **713** aequis Ma. Hu.: aequus *vel* aequa Arev. · **714** hominum Poelm. *plerique* Ma. Hu.: homini Poelm.<sup>vl</sup> · **717** supra V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: super *edd.* Ma. Hu. · sidera V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: aethera *edd.* Ma. Hu. · supra sidera V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: super aethera *edd.* Ma. Hu. · **718** quam Poelm. *alii* Ma. Hu.: quod Poelm.<sup>vl</sup>.

719	Praeruptum convolvit iter caligine mortis,	
720	Innumeraeque illam penetrant per prona catervae!	
721	Vitalis vastis stipatur semita saxis,	
722	Celsaque vix paucos ducit per scrupea virtus.	
723	At si quos nimium fallax, illexque malorum	685
724	Planities suasit deformi lubrica lapsu,	
725	Arripit hos, pronosque trahit, velut impetus amnis,	
726	Aut alacer sonipes ruptis effrenus habenis,	
727	Aut rectoris egens ventosa per aequora puppis.	
728	Observate illos, falso qui nomine vobis	690
729	Insidias faciunt, appellanturque prophetae.	
730	Hos ovium species vestit, sed saeva luporum	
731	Pectora fraude tegunt, lacerantque incauta trahentes	
732	Agmina credentum, saevus quos decipit error.	
733	Fructibus e propriis noscuntur talia monstra:	695
734	Quemque petat finem fallax doctrina, videndum.	696
735	Quapropter rerum molitio perspiciatur. <sup>58</sup>	
736	Nam neque de tribulis ficus, nec sentibus uvas	697
737	Provenisse umquam ruris per terga notastis.	698
738	Utque arbor proprio vestitur germine pomi,	699
739	Sic dolus illorum fructu monstrante patescit.	700

---

**721** vastis V<sub>1</sub><sup>vl</sup> V<sub>2</sub> Rom. *edd.* Ma. Hu.: strictis V<sub>1</sub>. · **722** ducit V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2. m</sup> Rom. Torn. Ma. Hu.: ducet V<sub>2</sub> *alii plerique edd.* · scrupea Ma. Hu.: scropea V<sub>2</sub> Rom. · **723** illex: inlex V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: inlexque Ma. Hu. · **726** effrenus *mss. alii edd.* Ma. Hu.: effrenis Fabr. · **732** credentum V<sub>2</sub><sup>1. m</sup>: cedentum V<sub>2</sub> Ma. Hu. · **734** videndum V<sub>2</sub>: videndum est *plerique* Ma. Hu. · **736** nec *alii* Ma. Hu.: de Fabr. · **738** proprio vestitur Ma. Hu.: vestitur proprio V<sub>1</sub>

<sup>58</sup> Este verso no figura en el texto juveniano de Huemer; sí en el de Arévalo.



740	Non ego palpantum verbis, et honore movebor,	
741	Nec me quod Dominum perblanda adulatio dicit.	
742	Praemia caelestis capiet spontanea sedis.	
743	Illi sed merito gaudebunt munere regni,	
744	Qui faciunt nostri Genitoris iussa volentes	705
745	Adveniet mox summa dies, quae iure severo	
746	Praemia iustitiae tribuet, scelerique gehennam.	
747	Tum mihi multorum clamabit talia fletus.	
748	Nonne tuo quondam magnae sub nomine nobis	
749	Virtutes sanctis domuerunt omnia iussis?	710
750	Saepe etiam nostra est vox annumerata prophetis:	
751	Servivitque tuo nobis sub nomine daemon.	
752	Tunc iurabo illis, quod talis cognita numquam	
753	Vita mihi est hominum, gestis quae sordet iniquis.	
754	Quisque meis monitis auresque, et facta dicabit,	715
755	Hunc aequabo viro, solidis fundamina saxis	
756	Ponenti, librata super quae moenia surgent.	
757	Illa domus pluviis, ventisque illaesa manebit,	
758	Torrentumque minas firmato robore vincet:	
759	Haerent immotae quoniam fundamina petrae	720

---

740 ego Ma. Hu.: ergo Sab.. · 741 quod Ma. Hu.: quae Rom. · perblanda V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Fabr.: praeblanda Ald. *alii edd.* Omeis Ma. Hu. · adulatio *ceteri mss. et edd.* Ma. Hu.: adolatio V<sub>1</sub> · dicit *alii*: dicit V<sub>1</sub><sup>2m</sup> Rom. Ma. Hu. · 743 illi *plerique* Ma. Hu.: olli Poelm. · 744 volentes Ma. Hu.: volenter H. · 745 quae Ma. Hu.: qua Bas. · severo Ma. Hu.: severa (¿?) V<sub>1</sub> · 753 gestis Ma. Hu.: genitis Rom. · 754 monitis Ma. Hu.: meritis V<sub>1</sub>. · 756 ponenti Ma. Hu.: ponente Bas. · quae: cui Rom. Ma. Hu. · surgent *alii* Ma. Hu.: surgunt Poelm<sup>vl</sup>. · 759 immotae *plerique* Ma. Hu.: immoto Ald. Poelm.<sup>vl</sup>: immota Bas. Torn. · fundamina Poelm. *alii* Ma. Hu.: fundamine Ald. Bas. Poelm<sup>vl</sup> Torn.

760	Qui vero auditu tantum mea iussa tenebit,	
761	Diversisque procul factis per lubrica perget,	
762	Hunc similem faciam volucris qui fulcit arena	
763	Fundamenta domus, primo cui flamine venti,	
764	Et pluvia effusis coepit cum incumbere rivis,	725
765	Omnis subverso procumbit pondere moles,	
766	Insequiturque gravi tectorum strage ruina.	
767	Talia dicentem magna admiratio plebis	
768	Immensum stupuit, quoniam transcenderat alte	
769	Doctrinam veterum Christo concessa potestas.	730
770	Denique linquentem celsi fastigia montis	
771	Stipabat gaudens populorum turba sequentum.	
772	Ecce sed horrenda confixus viscera tabe,	
773	Quem toto obsessum foedarat corpore lepra,	
774	Procubuit venerans iuvenis, Christumque precatur;	735
775	Ut caream tandem languoris pondere tanti,	
776	Sufficiat voluisse tuum. Tum dextera Christi	
777	Attactu solo purgavit lurida membra.	
778	Incolumique dehinc, celaret gaudia, iussit,	
779	Et legi parens offerret munera templo.	740

---

**761** perget *ceteri* Ma. Hu.: pergit V<sub>1</sub>. · **762** hunc Ma. Hu.: hanc Fabr. · **763** primo Ma. Hu.: *om.* primo Rom. · primo cui V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Ma. Hu.: cui mox ut *edd.* · flamine V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: flamina V<sub>2</sub><sup>1.m</sup> *edd.* · **764** pluvia V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> *edd.* Ma. Hu.: pluviae Rom. · effusis V<sub>2</sub>: infusis V<sub>1</sub> Ma. Hu.: fuis Rom. · coepit V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: coepere *edd.* · cum V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom.: *om.* cum *edd.* · · **766** gravi V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Ma. Hu.: gravis Poelm. Fabr. *nonnulli alii.* · **767** dicentem Ma. Hu.: dicente V<sub>1</sub> · magna Ma.: fixa V<sub>1</sub> Hu. · **768** transcenderat V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ma. Hu.: transenderet *edd.* · **775** ut Rom<sup>m</sup> Ma. Hu.: et Rom. · caream Ma. Hu.: careat *alii omnes.* · ut caream Ma. Hu.: ut careat Arev. · **776** sufficiat *plerique*: sufficiet Poelm<sup>vl</sup> Ma. Hu. · **778** incolumique Ma. Hu.: incolomi V<sub>1</sub> V<sub>2</sub><sup>2m</sup>. · celaret Poelm<sup>vl</sup>. Fabr.: celare V<sub>1</sub><sup>1.m</sup> V<sub>1</sub><sup>corr.</sup> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Had. Bas. Poelm. Fabr. Torn. Ma.: celaris Hu. · haec *ante* gaudia *om.* V<sub>1</sub><sup>corr.</sup> Poelm<sup>vl</sup> Fabr.: gaudia V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Had. Bas. Poelm. Torn. Ma. Hu. · **779** offerret V<sub>1</sub><sup>corr.</sup> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Dav. Bas. Poelm<sup>vl</sup> Ma.: offerri Had. Poelm. Torn.: offers Hu.

780	Inde recedenti supplex se protinus offert	
781	Centurio, et precibus proiectus talibus orat.	
782	Impubis pueri cruciatur spiritus aeger,	
783	Cuius cuncta repens membrorum munia languor	
784	Dissolvit, vitamque tenet iam poena superstes.	745
785	Sed iussu miserere, precor: nam tecta subire	
786	Crimina nostra vetant vitae, lucisque parentem.	
787	Nunc verbo satis est iubeas remeare salutem.	
788	Subiectos mihi saepe viros sic nostra potestas	
789	Officiis verbo iussis parere coegit.	750
790	Dixerat: ille viri motus precibusque, fideque,	
791	Talia conversus populo dat dicta sequenti.	
792	Haud umquam talem memini me gentis avitae	
793	Invenisse fidem: sed veris discite dictis,	
794	Quod multos homines diversis partibus orbis	755
795	Progenitos caeli regnum sublime vocabit	
796	Cum patribus nostris vitali accumbere mensae:	
797	Progenies quorum caecis demersa tenebris	
798	Dentibus horrendum stridens, fletumque frequentans	
799	Perpetuis poenam cruciatibus acta subibit.	760

---

781 proiectus Ma. Hu.: proiectis Ald. · 783 cuius Ma. Hu.: eius Rom. · repens Fabr. Omeis Ma. Hu.: tepens Ald. Dav. Had. Poelm. Reusch *plerique edd.*: repente V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> reperis Rom. · 794 quod V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Bas. Torn. Ma. Hu.: quam Had. Poelm<sup>vl</sup> Fabr. · 796 nostris *alii* Ma. Hu.: vestris Ald. · 797 demersa Fabr. Torn. Ma. Hu.: dimersa *plerique*: diversa Bas. · 798 fletumque Ma. Hu.: fletamque V<sub>2</sub><sup>1.m.</sup>: flentumque V<sub>1</sub><sup>1.m.</sup>. · 799 poenam *reliqui* Ma.: poenae V<sub>1</sub> Hu.

800	At tibi iam iuveni mentis virtute fidelis,	
801	Ut credis, veniet fructus cum luce salutis.	
802	Dixerat, et dicto citius cum voce loquentis	
803	Ad puerum celeris transcurrunt munera verbi.	
804	Ingressusque domum miles properante recursu	765
805	Praeuenisse dei laetatur dona medentis.	
806	Aedes inde Petri sanctus penetrabat Iesus,	
807	Cuius anhela socrus aestu, febrique iacebat.	
808	Utque illi dextram tetigit Salvator Iesus,	
809	Sana ministerium praebebat femina mensis.	770

---

<sup>62</sup> **800** at V<sub>1</sub> V<sub>2</sub> Rom. Ald. Bas. Torn. Reusch Ma. Hu.: ac Had. Poelm. *alii*. · iuveni Reusch *alii*: iuvenis Rom. Ald. Bas. Fabr. Torn. Ma. Hu. · fidelis V<sub>1</sub><sup>1.m</sup> Reusch Ma. Hu.: fideli V<sub>1</sub>. · **803** transcurrunt *alii* Ma. Hu.: percurrunt Ald. Bas. Poelm<sup>vl</sup>. · **805** praeuenisse *ceteri* Ma. Hu.: provenisse Rom. · **808** salvator *reliqui* Ma. Hu.: servator V<sub>1</sub>